

1671.

28^o, 6, c. Simon, Iohannes, Georgius : Iura patrinorum.
3 Sampl. 1671 : 1678.

29^o, 6, c, d Simon, Ioh. Georg : De iuribus obstetricum,
4 Sampl. 1671, 1678 : 1740.

30. Stranchius, Iohannes, Collegii Iuridis decanus : et lectio-
nem cursoriam Ephraimi Wagneri innotat.

31. Stranchius, Iohannes : Collegii Iuridici . . . Decanus :
et lectionem cursoriam Fructi Vogleri innotat.

32. Stranchius, Iohannes, Collegii Iuridici . . . Decanus :
et dissertationem inang. Iohannes Carol. Maerli innotat.

33. Stranchius, Iohannes, Collegii Iuridis . . . Decanus :
et disputationem inang. Iohannis Schilkeri innotat.

34. Stranchius, Iohannes, Collegii Iuridis . . . Decanus :
et disputationem inang. Philippi Corbiansi Besii innotat.

35^o, 1^o Stranchius, Iohannes : Dissertationum aedilicium prior,
quae est de rebus liton actione.

1671

36. Stanchius, Johannes: Dissertationum acsthetarum postea
 2002, continens reliquas duas acsthetones, acsthetoriam
 . . . et in factum. 43.
37. Stanchius, Johannes: Prodictio de eo, quod certo loco
 dari oportet. 45.
38. Stanchius, Joh.: De modo appellandi ad causam
 2am Imperialem.
- 39, 40 Stanchius, Johannes: De appignorationibus Imperialis
 Librus. 3 Sept. 1715, 1742 et 1743.
40. Stanchius, Fr.: De auspiciis sine privilegiis
 Sacri Rom. Imp. procerum instantiis.
41. Stanchius, Johannes: De jure maritorum in uxores
 usque uxores.
42. Stanchius, Johannes: Disputatio publica et Lit. XLIII
 Libri VI Cod. de personis incertis constitutionum depositum.
 2 Sept. 1671 et denuo edita 1714. cum brevis de vita Stanchii
 narratione auctore Laurentio Andrea Hamburgero.

43. Stranckius, Joh. : Praesentium imperii pericula
sistit.

44. Stranckius, Johann : De ostenditis.

45. Stranckius, Johann : De actis publicis sine judr-
cialibus

1671, 44 XII 27
O. D. B. U.
DISSERTATIO JURIDICA,
DE
HOSTENDITIIS,

QUAM
Consensu Incluti Jctorum Ordinis

In Celeberrimâ ad Salam Academia.

PRÆSIDE

1000
DN. JOHANNES STRAUCHIO,

Magni Nominis Jcto. Serenissimorum,
Saxoniae Ducum, nec non Celsissimi Principis DN. FER-
DINANDI ALBERTI, Ducis BRUNSVICENSIS ET LÜNEBURGENSIS. &c. Con-
siliario Eminentissimo, Codicis. Novellarum, itemque Jûris Publici
& Feudalis P.P. famigeratissimo, Facultatis Juridicæ Seniore Veneran-
do, Ejusque ut & supremi Ducum Saxoniae Judicii & Scabinatus
Assessore gravissimo, ac p. t. DECANO splendidissimo.

DN. DOCTORE & PATRONO SUO
singulariter devenerando & suspiciendo.

Ad diem Maji. A. cl. l. c. LXXI.

Publicæ Eruditorum Disquisitioni submitiendo defensum ibi

JOHANNES REGULUS VILLINGERUS,

ULMENSIS. AUCTOR.

JENAE, CHARACTERE WERTHERIANO.



VIRIS

Perquam Magnificis, Præ-Nobilissimis, Amplissimis, Excellentissimis & Consultissimis, in Inclytâ & Liberâ Sacri Rom. Imperii Republicâ

ARGENTORATENSI.

DN. MARCO OTTONI U. J. D.
& Liberæ Reip. Arg. ad Negocium Pacificationis Os-
nabrugenſis Ex-Legato Magnifico, Ejusdemq; in Majori Senatu
Conſiliario Primario, aliorumq; Imperii Statuum Conſulto Cravis-
ſimo, Domino Patrono & Mecænati ſuo Maximo.

DN. JOHANNI HENRICO BOE-
CLERO. S. C. M. & Elect. Mogunt. Conſiliario Emi-
nentiſſimo. Com. Pal. Cæſ. & in Acad. Argentoratenſi Hiſtoriar.
Profeſſori longè Celeberrimo, Doctori & Promotori ſuo Optumo.

ET

ULMENSI.

DN. PHILIPPO ANDREÆ FRÖLI-
CHIO. J. U. D. Lib. Reipublicæ Ulmenſis, aliorumq;
Imperii, Ordinum Conſiliario Meritiſſimo, Judiciorum Prætori
nec non Gymnaſii ibidem Directori Spectatiſſimo, Domino
ſuo Cognato Honoratiſſimo.

DN. JOHANNI GEORGIO REGU-
LO VILLINGERO, M. D. & Inclytæ Reipublicæ
Ulmenſis, aliorumq; Imperii Statuum Conſiliario Medico Ordi-
nario, nec non Gymnaſii ibidem Scholarchæ Spectabiliſſimo, Domino
Parenti, filiali amore & Obſequio piè proſequendo & proſpiciendo.

Hanc Diſſertationem Juridicam

*debitæ ſue gratitudinis & Obſervantiæ declarandæ
cauſâ offerre & conſecrare voluit debuit*

JOHANNES REGULUS VILLINGERUS.
Ulmenſis. AUCTOR.

V I R I

Magnifici, Pra-Nobilissimi, Amplissimi, Excellentissimi & Consul-
tissimi,

Domini & Patroni Observandissimi.

Quoties Reverendam Vestram Praesentiam quā
paucos ante annos coram uti frui mihi licuit, nunc
oculis mentis intueor, toties certē me felicem
prædico, quod Tantos Viros, Doctores & Fauto-
res nactus sum, ex quorum Conversatione indies incre-
menta Virtutis & Doctrinæ uberrima sumere potui, atque
etiam, quod spero, reverā sumi, in tantum, ut quod de Fronto-
ne Cornelio Agellius de se & suis Coætaneis dicere solebat. *Lib. 19. c. 2. p. 469. p.*
Quoties Eum (Frontonem Cornelium) vidimus loquentem, med.
audivimus, nunquam factum est, quin rediremus cultiores fere
doctioresq.

Id Ego jure optimo de VOBIS ingenuè profiteri & pos-
sum & debeam. Quoties enim VOS vidi, loquentesque audi-
vi nunquam factum est, quin redirem cultior doctiorque.
Nec aliter fieri potuit! Senum enim munus est Consilio & *Hom. d. 12.*
verbis βελή καὶ μῆθοις, alios juvare. Quod munus Vestrum
Vos o VIRI, quorum Unusquisque Vestrum VIR est

πεννυμένα μῆθεα εἰδώς

Cordata Consilia sciens

Hom. l. 1. 12.

Strenuè observatis, in tantum enim studia mea Consilio Vc-
stro & Verbis adjuvastis & promovistis ut paucis dici nequeat. *ed. β. v. 38.*
Unde, quoties hæc talia tantaque Beneficia mecum reputo,
toties etiam Unumquemque Vestrum his verbis tacitè me in-
crepantem audio.

Qui prior de te Bene meritus sum, debes invicem bene mereri. *Herod. Ha-*
Quâ in crepatione excitatus me ipsum statim ita compello. Licar. l. 1. p.
εφείλω γὰρ σε αἰμείβεσθαι χρηστοίς. m. 16.

p 10

pro beneficii gratiam referre debeo.

Hom. 11. E. Quapropter sine morâ in hæc verba prorumpo :

vers. 231. p.

εγω ἥ τις τοι εἶδεν χάριν ἡμῶν πάντα

m. 432.

ego autem tibi (VOBIS) habeo gratiam dies omnes.

Hom. 11. Ψ. Et : *σεῖ ἡ θεοὶ τῶν δ' ἀντὶ χάριν μενοεικέα δοῖεν.*

vers. 651.

Tibi (VOBIS) a. Dii pro his gratiam plurimam referunt.

Verum enim verò ne Hæc mea Gratia, quam VOBIS
me debere publicè profiteor, nudis verbis constare videatur,
Ecce! ipso Opere gratam mentem meam ostendere gestio :
Offero itaque VOBIS hoc levidense chartaceum munuscu-

Plut. apbo- lum, summè rogans, velitis æqui boniq; illud consulere nec

pht. p. 172. B. tenuitatem Ejus aspernari, cum Munus non usu seu precio rei ob-

Briffon. l. 1. late, sed studio dantis sit metiendum, Tese Plutarcho. Imitatus

p. m. 26. de regn pers. enim Sinatam Persam, qui cum nihil melius haberet, aquam

Ælian. l. 1. & muneris loco Regi Artaxerxi obtulit; nullus dubito quin

var. bist. c. hoc tenue munusculum serenâ fronte sitis accepturi,

32. p. 19. exa&issimumque Vestrum Judicium de eodem lataturi, quod

mihî longè erit gratissimum quemadmodum enim Hectori

Priami Judicium instar Trophæi fuit, & ap. *Nævium* notissi-

mum illum versiculum expresit :

Latus sum me laudari abs te, pater laudato viro

Ita & mihî Vestrum Judicium instar Trophæi erit, di&umque

versiculum paululûm inflectere licebit.

Latus sum me laudari à Vobis PATRONI laudatissimæ Viris.

Sed desino & tumultuariam Epistolam Voto claudio, Deum

supplex Veneror, VOS, Reip. vestræ Literarumque firmissima

præsidia quàm diutissimè Salvos servet atque incolumes.

Valete & porrò commendatum Vobis habete.

VVVV. NNNN.

dicatisimum

VILLINGERUM.

DE Hostenditiis non nisi unico Juris feudalis loco, *libro scil. 2. F. 40. §. 2* mentio occurrit, quam rem sub disputationis acumen vocaturus, ante omnia in veram ac genuinam Vocis significationem paulò accuratius inquirendum esse duxi; eoque magis quod à nullo hactenus, quod sciam, Feudistarum rectè sit exposita; non enim cum exteris in *Hofelium* aut *Hofelittas* corrumpenda est, neque cum *Herislutio* confundenda, cui vocabulo sui proprii sunt natales:

§. II. Dicuntur E. Hostenditiæ, quasi Hostendienste, ab Hoste vel Ooste vocabulo merè Teutonico, quod notat Servitium in Exercitu, vel pecuniam qua illud redimitur, eadem compositione, quâ *Frohndienst/Herrendienst/Reitterdienst*/docente FREHERO *in comm. ad Imp. Karoli III. dicti Crassi Constitutionem de Expeditione Romanorum p. m. 25. & 26.*

§. III. Antiquas enim Germanorum LL. si inspicimus, deprehendemus, vocem Hoste, Hostis, idem notare ac exercitus aut expeditio: Goldast. *in glossar. quod pramissit Tom. III. Recess & Constitut.* Hostis. exercitus. ost. hoste. hueste. Ita in Lege Longobardorum *lib. 2. tit. 18. l. 5. Si res tradiderit & in hoste profectus fuerit.*

A

Et

Et *L. 4.* verba: *in hostem vadere* mox in eadem Lege describuntur per verba: *Expeditionem facere.*

§. IV. Eadem significatio occurrit in Lege Salica. *tit. 32. §. 6.* verbo. *Scutum projecisset in hoste* & *tit. 66. verbo. Si quis hominem in hoste occiderit:* In Lege Bavariorum *tit. 2. c. 4.* Ripuariorum. *tit. 63. & 65.* Saxonum. *tit. 5. c. 1. & passim.*

§. V. Et hanc FREHERI Originationem confirmant quoque aliquot Textus Feudales, in quibus vocabulum Hostis, pro Exercitu, castris & militia sumitur. e. g. *I. F. 7. dicitur: Tunc enim possunt devestiri, nisi fecerint hostem Roma,* & *I. F. 20. Si insimul steterint, vel in hostem Regis adquisierint,* i. e. in Exercitu & Comitatu Imp. Romam profecti sint.

§. VI. Unde refellitur Loccenii Origination, ubi FREHERI *ἑπρωλογία* cum laudat, addit: *Hofstendienst.* quasi *aus* vel *us dem Dienst.* Verum si priscis Germanis ex Host vel *Hest* & *diens* vocabulum est compositum, utique *hosten* non est compositum ex prepositione *us* & articulo *dem.* Ut argutatur Loccenius.

§. VII. Atque sic satis ni fallor, investigatā *ἑπρωλογία*, accedimus ad ipsam *πρωματολογία*, describentes *Hofstenditias* ex *2. F. 40. §. similiter.* hunc in modum.

§. VIII. *Hofstenditia* dicuntur Adjutorium, quod faciunt Dominis Romam cum Rege in hostem (exercitum) pergentibus Vasalli. Simile Scutagio Britannorum, quod est servitium scuti in bello ferendi, domini juvandi causa. Nam sub scuto reliqua omnia arma militaria comprehendebantur, ut tradit *Matthæus Cragius tractatu feudali* in Scotia & Angliā obtinente *lib. 1. diegesi. XI.* ubi addit, hoc scutagium servitiis militariibus accenseri, quando publicæ expeditiones ad reprimendos hostes

stes sive rebelles in ordinem redigendos, fiant: Quod si quis Scutifer in eâ expeditione abfuisse, taxatus est ad certam quantitatem domino feudi appendendam; Unde nos describimus ita: Hostenditiæ sunt Operæ Vasalli, Imperatori debitæ, ad comitandum Eum in Expeditionem iturum.

§. IX. Causa Efficiens est Jus ad rem, quod ex Contractu feudali oritur Seniori in Vasallum, quippe quem, ratione rei in feudum concessæ, obligatum habet ad fidem præstandam. II. F. 3. *fin.* 6. 7. 23. *fin.*

§. X. Competit igitur hoc Jus in personam Vasalli, non ratione conditionis seu status personæ, sed quatenus Vasallus habet Feudum, sub obligatione ad fidem concessum. MOLIN. in *Consuet. Paris. tit. 1. §. 1. quæst. 5. num. 45.*

§. XI. Unde facile apparet, Domino Feudi, quatenus tali, Jus Superioritatis in Vasallum non competere; aliud enim est esse Vasallum, aliud esse subditum alicujus. CARPZOV. l. 4. *resp.* 70. n. 24. Non enim sequitur, inquit *Matth. de Afflict.* Ego sum Vasallus. Ergo sum subditus, *add. II. F. 5. verb. si sed.* Inde etiam est, quod dicitur in pacificatione Osnabrugensi: Von der blossen Lehns/ oder Aßter/ Lehns Qualitât/ sie kommen von Königreich Böhmen/ oder Chur Fürsten und Ständen des H. Römischen Reichs/ oder anders woher/ entsteht die Berechtigkeit zu reformieren nicht ic. Idem etiam innuit Illustris SEKENDOREFIUS p. 3. c. 3. *Tit. 4.* Und ist sonst eben kein Regal/ oder hohes Landes Obrigkeitliches Stück/ daß einer einem andern ein Stück Guts/ oder gewisse Einkommen und Gerechtigkeiten zu Lehen verleihet: Sintemahl viel geistliche und weltliche Persohnen/ die keine hohe Obrigkeiten sind/ dergleichen

den Lehnleute/ und oft höhere/ als Sie selbst sind/
haben/ bringet auch ins gemein die Lehn-Herrschaft
keiner Unterthanen Pflicht mit sich/ wenn der Lehn-
Herr nicht zugleich Landsfürst ist. Denique differt
omnino Juramentum Fidelitatis à Juramento subjectionis.
Germ. Huldigung / Lands-Huldigung / Erbs-
Huldigung/ Erb-Pflicht. Quod subditi præstant suis
superioribus: Illud ratione Rei in feudum datæ; hoc
ratione personæ, quæ in societate civili quoad personam
& res, est Imperanti subjecta, præstatur. *vid. ROSENTHAL.*
c. II. concl. 34. BESOLD. thes. pract. voc. Huldigung. & voc.
Lehnmann. Lehnspflicht.

§. XII. Hoc Ergo Jus ad rem non subjectionem
Vasalli, sed saltem fidei præstationem importat, FIDES ete-
nim de Essentia Feudi est. *II. F. 5. c. in epistola. de form. fidel.*
2. F. 6. & c. est & alia. de nov. form. fidel. II. F. 7. c. dominus.
§. Curia. de mil. vas. II. F. 22. Dicitur etiam Fidelitas. *II. F. 3.*
quæ dupliciter in jure feudali accipitur. I. pro Fide, quæ
vel juramento, vel sine eo promittitur. *II. F. 5. II. F. 6. &*
II. F. 7. II. pro ipso juramento fidelitatis. *ut in c. utrum*
autem quid præced. deb. II. F. 4. II. F. 24. Et hoc quia ad
naturam Feudi tantum pertinet aliquando Vasallo re-
mitteri potest. *II. F. 3. II. F. 24. c. 1.* nihilominus tamen ad
omnia ea, quæ aliàs juramento, à Vasallo præstando,
continentur, ipse est obligatus. *II. F. 47. in fin. SCHRADER.*
part. 2. c. 2. num. 27. & c. 4. num. 14. ROSENTHAL. c. 2. c. 60. &
c. 66. Non enim omnis promissio Fidei, sed modus so-
lùm promittendi fidem per juramentum est remissus. *d.*
II. F. 3. fin.

§. XIII. Fides autem ipsa remitti nequit, nec feu-
dum eo pacto constitui potest, ut pro eo Fides præstari
non

non debeat, *II. F. 5. 6. 7. II. F. 22.* Vid. CUIAC. *in præfat. feud. in fin.* ZAS. *p. III. n. 34.* BORCH. *c. 7. p. I. n. 37.* MOZZ. *de subst. feud. n. 1. & 20.* MENOCH. *conf. I. num. 29. & conf. 65. n. 45. vol. I.*

§. XIV. Quærent autem hic Dd. An ejusmodi pactio pro non adjecta habeatur ita, ut feudum nihilominus consistat, & fides debeat: an verò hoc pactum totum vitiet actum, ita, ut nec aliud quoddam jus constitutum censeatur? Pro non adjecto pactum haberi, posset videri statuendum esse. *arg. l. 14. π. de precar. l. 1. §. 45. & 46. depositi. l. 14. junct. l. 70. pro socio. l. 14. §. 2. comm. div.* Totum verò actum vitari tradit BOCERUS *tract. de subst. feud. c. 1. n. 19.* hanc afferens rationem. *qui enim, dicit, aliud quod negotium, quod solum contrahere voluit, inutiliter agit, omittit scilicet substantiâ, is non modò idem illud negotium frustra & inutiliter tractat, sed & nullum aliud negotium conficere, in eo ipso censetur. sec. text. l. 1. §. 4. de const. pec. l. 1. §. 2. π. de V O.*

§. XV. Verùm enim verò ad Quæstionem hanc rectè decidendam, in genere notanda venit distinctio pactorum circa Essentialia adjectorum.

Vel enim illa planè sunt contra jura, & manifestam continent iniquitatem, & hæc non valent, sed habentur pro non adjectis. *vid. l. 27. §. 3. de pact. l. 29. §. 2. pro Soc.* Exempli gratia. Si in precario aut deposito convenerit, ut non nisi post certum tempus repetatur. *l. 14. π. de precar. l. 1. §. 45. & 46. depositi.* Vel pacta de substantialibus Juris non contrariantur, & tunc sunt aut præter aut contra Essentialiam: Illa Contractum vel Jus alterant, non tamen efficiunt, ut aliud planè Contractus vel Jus constituantur.

vid. l. 24. l. 26. §. 1. π. depos. Atque eò spectant pacta feudo adjecta, quibus vel plus vel minus, quàm utile dominium, Vassallo conceditur: Hæc verò quæ sunt contra Essentiam, ita transformant jus vel Contractum, ut alius planè Contractus vel Jus inducatur. *vid. l. 80. §. ult. π. de contrah. empt. l. 46. locat. l. 22. de præscr. verb. §. ult. Inst. de mand. verb.* in aliam formam negotii cadere §. 2. *in fin. Inst. quib. mod. re contrah. Oblig. l. 5 §. ult. pro Soc.* Atque huc etiam pertinet pactum, quo Obligatio ad fidem ei, cui conceditur dominium utile, remittitur; quippe cum eò ipsa formalis ratio feudi tollatur. Non igitur pro non adjecto habetur, quia non est contra jura, utile dominium alteri contractu quodam, absque obligatione ad fidem præstandam concedere: Et feudum quidem non constituitur, sed aliud quoddam jus, sive alia quædam utilis dominii species oritur. *arg. dd. text. ROSENTHAL. l. c. 2. concl. 57.* Ratio insuper ex BOCERO relata non obstat; distinguendum enim est; aut constat quod partes noluerint inire alium Contractum, quàm illum, quem expresserunt, nec ex alio velint esse obligati, & tunc non observatis iis, quæ ad illum Contractum requiruntur, vitatur omnimodo actus, quo de casu est *alleg. l. 1. §. 4. π. de constit. pec. & l. 1. §. 2. π. de V. O.*

Aut verò constat, quod contrahentes velint esse omninò obligati; quando videlicet Contractum partes quidem celebrant, sed per expressum pactum ejus essentiam alterant vel transformant; & totus actus non vitatur, sed propter voluntatem expressam paciscentium aliud negotii genus oritur, ut modò diximus. *vid. Magn. Dn. D. STRUVE. S. F. c. 2. aph. 6. fin. SCHRADER. p. 2. c. 2. n. 34. & seqq.*

§. XVI.

§. XVI. In quò verò FIDES illa, ad quam Vasallus se obligat, consistat, traditur. *II. F. 6. & patet quoque ex formulâ juramenti propositâ. II. F. 7. cujusmodi etiam hodiè adhiberi solet. V. SCHNEIDEVVIN. epit. feud. p. 5. c. 1. SCHULZ. c. 9. n. 35. WERN. ab EHRENB. tract. de fœder. c. 1. BOCER. d. tr. c. 4. num. 20.*

§. XVII. Et quidem in genere Eadem consistere videtur in Reverentiâ Domino à Vasallo exhibenda; Taciturnitate, & Utilitate Domini. *V. VULTEJ. de feud. lib. 1. c. 7. WESENBEK. c. 9. n. 10. HART. HARTM. lib. 2. de feud. observ. 30. CURT. JUN. p. 4. n. 1.*

§. XVIII. Ad Reverentiam Vasallum meritò obligat collatum Beneficium. *arg. l. 25. §. 2. π. de petit. hared. de quâ videantur. tex. II. F. 22. vers. curia autem. & II. F. 25. vers. quomodo enim. ex quibus & aliis patet, Vasallum ita se gerere debere, uti erga illos faciendum est, quorum persona sancta & honesta videri debet. l. 9. π. de obseq. parent. & patron. prestand. SCHRADER. part. 6. c. 6. num. 101. & p. 10. sect. 5. n. 127. SCHNEIDEVVIN. p. 5. num. 115. seqq.*

§. XIX. Non igitur criminis alicujus Dominum Vasallus accusare potest. *II. F. 33. §. item similiter. 24. §. item si delator. Excipitur à Dd. crimen perduellionis & læsæ Majestatis, de quibus criminibus dominum à vasallo rectè accusari volunt. MATTH. de Afflict. d. II. F. 24. §. item si delator. n. 13. SCHENCK. BARO. ibid. RITTERSH. lib. 2. c. 1. quest. 8. LUDVVELL. arg. Nov. 115. c. 1. §. 3. in Synops. Feudal. cap. 14. p. 364. SONSBEK. p. 12. num. 48. Nec actionem famosam aut exceptionem adversus Eum intentare. arg. c. c. est & alia. de nov. form. fidel. II. F. 7. l. 10. §. 12. π. de in jus voc. l. 1. c. 1. de dol. l. 2. & l. 5. π. de obseq. par. & patron. prestand. l. 4. C. eod. Hinc nec interdicto unde*

vi adversus dominum vasallum experiri posse Dd. tradunt. *arg. l. 1. §. 43. π. de vi & vi arm. II. F. 22. verb. salvâ reverentiâ*. Vid. ALVAROTT. *ad d. c. 22. p. 2. n. 9. ZAS. p. II. n. 23. Dn. RITTERSH. lib. 2. c. 1. quest. 7. HUNN. c. 17. p. 355.* ubi ad contraria respondet. LUDVVELL. *Synops. Feud. c. 14. p. 361. Diss. VIIL. I. F. c. 11. n. 27. ROSENTHAL. c. 10. concl. 23. n. 3. BORCH. c. 9. n. 18.* tamen prior Opinio & communior est & verior per textum in *c. dominus. d. II. F. 22.*

§. XX. Quæri insuper hic solet, an propter reverentiam hanc Domino debitam, Vasallus sine venia dominum in jus vocare queat?

Quæ de re variæ sunt Dd. Opiniones, ut videre est *ep. ALCIAT. ad L. 1. C. de injus. voc. VULTEJ. lib. 1. de feud. c. X. n. 72. Dn. RITTERSH. d. c. 1. quest. 14. & 15. NIELL. D. de feud. 10. th. 4. B.*

§. XXI. Sunt enim qui *Negant. arg. l. 13. & 14. π. de injus. voc. & l. 2. d. tit.* Quos interest *ZAS. epit. feud. p. 7. n. 47. OLDENDORP. class. 1. act. 4. HART. HARTM. in Observ. pract. tit. de feud. Obs. 44. in addit.* Ubi Præjudicium Cameræ Imperialis in Negativam sententiam allegat. *SICHARD. consil. feud. 8. quest. 1.* ubi itidem pro Negativa aliquando Tubingenses consuluisse perhibet.

§. XXII. Sunt etiam qui *Affirmant. cum Gloss. ad d. c. dominus II. F. 22.* ibique *ALVAROTT. n. 8. BALD. n. 24. JUL. CLARIUS. d. c. feudum. FACH. 10. contr. 89. CANTIUNC. consil. 2. n. 7.* & complures alii relati à *CAMILLO BORELLO. in sum. decis. tit. 45. n. 730. MYNSINGER. 4. observ. 92. in fine. GAIL. de pignor. c. 15. n. 4. ROSENTHAL. s. Feud. 69. lit. h. & BORCH. c. 10. de feud. num. 38.* Qui posteriores unò ore confitentur, quotidie in Camerâ Imperiali Affirmativam observari.

§. XXIII.

§. XXIII. Verum enim verò, licet Affirmativa verior esse videatur, eò etiam quia propudiosa in Jus vocatio, quã olim antagonistam ubicunq̃e deprehensum propriâ autoritate prehendere, & invitum obtortò collo ad prætorem trahere actori licebat, hodiè sublata est, adeoque cessante ratione impetrandæ veniæ, cessat dispositio. V. B. CARPZOV. *ad p. I. C. 2. n. 26.* Nihilominus tamen modeste ac reverenter adhuc Citatio impetranda erit. vid. ROSENTHAL. *vol. conclus. 33.* SCHNEIDEVVIN. *epit. feud. part. 5. n. 119.* CLAR. *c. feudum. quest. 25.* MYNSINGER. *4. Observ. 92.* CARPZOV. *p. I. c. 2. defin. 26.* Magnific. Dn. STRUV. *S. F. cap. XI. aphorism. III. & S. I. C. Exercit. 5. thes. 9.*

§. XXIV. Porro Honor domino debitus exigit, ne Vassallus testimonium dicat adversus dominum. *II. F. 33. §. similiter. arg. l. 4. §. de Testibus. l. 12. C. cod.* Neque in criminali causâ, neque in Civili modicâ. *d. tex. II. F. 33. §. similiter. & §. seq.* In civili verò non modicâ seu magna testari contra dominum impunè ipsi licet. Quamvis nonnulli sint, qui cum CUIACIO & GOTHOFREDO hunc Textum variis modis corrigant, & dictam particulam modicâ, modò huc & illuc transponant: Nobis tamen res clara esse videtur; cum Ratio prioris sit hæc; quod in criminali quidem causâ non liceat, propter grave quod inde sustinet dominus dispendium. *II. F. 24. c. item si delator.* Liceat verò in Civili, quod istiusmodi grave dispendium in eâ cessit, adeoque meritò justa causa adversarii testimonio vassalli adjuvetur; In causâ autem modicâ cum non multum profit adversario testimonium vassalli, & tamen istâ causâ molestus sit adversarius domino, ipsique negotium faceat, jura feudalia in tali causâ,

B

vassal-

vasallum testimonium perhibere noluerint. Vid. ROSEN-
 THAL. & alleg. t. 10. concl. 23. n. 25. Dn. D. STRUVE. s. f. c. 11. th.
 3. n. 3. BOGER. tract. de jur. & comm. senior. c. 2. n. 4. Vel etiam
 hæc Ratio esse potest, quod in causâ Civili modicâ testi-
 monium contra dominum dicere prohibetur: Quia sc.
 contra eum vasallus provocatur cui Obsequium debet:
 Ergò non aded promptus debet assurgere, nisi Justitiæ
 favor præponderet; & causæ magnitudo eum excuset,
 tanquam necessitate ad hoc coactus fuerit. Vid.
 MOESTERTIUS. D. F. VI. thes. 9. in fin. conf. SONS-
 BEC. p. 12. n. 68. STEPH. GRATIANUS. 3. discept. for. 397.
 num. 1.

§. XXV. Ceterùm hanc Testimonii prohibitio-
 nem tam in causâ Civili quam Criminali, Dd. ita expli-
 cant & limitant; Eam scil. procedere in causis non feu-
 dalibus; quoniam in causâ feudali super investiturâ ne-
 gotio etiam contra dominum rectè testimonium fere
 vasallus. ZAS. pag. 10. num. 49. SETZ. D. feud. 9. thes. 8.
 lit. C. Deinde si non sponte, sed coactus Testimonium di-
 xerit. Hoc enim casu eum excusari Dd. tradunt. GLOSS. in
 d. c. prima autem. c. 2. vers. si rem si delator. II. F. 24. & d. c. sci-
 endum. §. similiter. 11. F. 33. Si enim vasallus ad testimoni-
 um contra dominum vocatus resistat, & nihilominus à
 Judice vel Magistratu cogatur, tunc absque periculo te-
 stimonium perhibere potest. Docente ALVAROTT. MATTH.
 de Afflictis. in d. text. FRANC. CURT. part. tract. feud. 4. caus.
 priv. 32. n. 7. Cum nulla ipsi Culpa imputari possit. ZAS. d. p.
 10. n. 49. VULTEJ. lib. 1. c. 11. n. 42. JACOB de S. GEORG. verb. di-
 ctig. vasalli promiserunt. num. 25. MOZZ. ex quib. caus.
 feud. amitt. num. 32. atque se in facti contingentia ali-
 quoties vidisse servari, testatur BORCH. c. 8. n. 128.

§. XXVI.

§. XXVI. Ex Eadem præterea Obligatione ad Re-
 verentiam fuit, quod non possit exigere à domino vasallus
 juramentum calumniæ. *11. F.c. 33. in quibus.* Idque sive va-
 sallus juramentum fidelitatis præstiterit, sive non Nam
 quod nonnulli posteriori hoc casu tam dominum, quam
 vasallum de calumniâ jurare oportere volunt, *Gloss. in*
d. c. in quibus. ibid. ALVAROT. & SCHENCK. BARO. *ad d. c. d.*
HARTM. d. obs. 45. BORCH. *c. 10. n. 40.* & alii, recipiendum
 non videtur, tum quia *text. in d. c. sciendum. c. 1.* indistinctè
 loquitur, tum etiam quod ratio propter quam juramen-
 tum Calumniæ remittatur, non tantum sit juramentum fi-
 delitatis semel præstitum; Sed etiam, & quidem præcipuè
 mutua Reverentia & Fides, quam sine juramento quoq;
 sibi invicem debent doming & vasallus, *c. in epistola. in fin.*
de form. fidel. 2. F. 6 VULTEJ. *lib. 2. de feud. c. 3. n. 8.* ROSENT. *d. c.*
12. concl. 13. n. 58. SETZ. *disp. feud. ult. sh. 16. lit. A.* Neque etiam
 distinguendum puto inter juramentum calumniæ anti-
 quum sive speciale, quod præstari solet ab eo, qui alteri
 jusjurandum in judicio defert; & novum seu generale,
 quod à Justiniano introductum, initio Litis ab utrâque
 parte præstandum est. *l. 2. C. de jurejur. propter calumn. ita,*
ut cum HOTTOMANNO & CUJACIO Textum de priori ac-
 cipiamus. *l. 16. π. de jurejur.* de posteriori verò negemus.
l. 34. §. 4. π. cod. Hanc enim *Legem 34. §. 4.* quod attinet,
 correctione aliquâ eam indigere cum CUJACIO *p. Obs. 37.*
 existimamus, ita ut legendum, æquè patrono atque pa-
 rentibus remittitur: quam lectionem præter *l. 3. c. 5. π. qui*
fatisd. cog. confirmant libri Basilicorum, in quos *d. §. ita*
translatus: Οἰνδραν πρῶτ' ὁμνιστὸν τὸν ἀπὸ συνοφωρίας, ἐὰν
ἀνταρθεῖ, ὃν ἔα ὁμνιστὸν πατρὸς, ὃ πατρὸς. *Lib. 22. tit. 5. l. 34. edis.*
Fabrot. tom. 3. fol. 158. ubi etiam in Scholiis *lit. K. fol. 162.*
addj-

additur Ratio : οἱ ἀνιόντες τὸν συνοφάντιον ὄρκον· ὁμοίως ἔ
 καὶ οἱ πάτριονες ἐδέοντο ὁμνῆσαι. ὅτι ἔχει ἀρχαίως τοιαύτας δο-
 κυνὰς. ἢ γὰρ ὅτι οἱ εἰς συνοφάνται. Atque hæc Ea ipsa videtur
 esse Ratio, quod Dd communiter Textum generaliter in-
 telligunt, ut nullum omnino juramentum calumniæ do-
 minus & Vassallus unquam præstare cogantur. Gloss in d.c.
sciendum §. 1. *ibig.* ANDR. de ISERN. n. 8. BALD. n. 1. & 2. ALVA-
 ROTT. n. 1 & alii. Nisi fortè ultrò quis ad jusjurandū se ob-
 tulerit, quo tamen casu alteri parti necessitas præstandi
 non imponitur: cum suo quidem juri quilibet renuncia-
 re possit, sed adversario jus quæsitum auferri nequeat.
 BALD. ALVAROT. PRÆPOS. & SCHENCK. BARO. *ad d.c. sciendum.*
c. in quibus. ROSENTHAL. d. *concl.* 13. n. 48. WURMSER. lib. 1. tit.
 14. Obs. 7.

§. XXVII. Ceterum dicta Reverentia Vassalli erga
 Dominum requirit etiam, ut Vassallus, casu eveniente,
 renovationem investituræ justo tempore à Domino pe-
 tat. II. F. 40. II. F. 24. pr. 1. F. 22. eò quod petitio Investituræ
 sit signum devotionis ac Reverentiæ, quam Vassallus Do-
 mino suo exhibere debeat. *arg. c. prima autem pr. qua fuit*
prin. causa. benef. amitt. II. F. 24. ibique Feudistæ commu-
 niter. teste BORCH. c. 7. n. 30. CURT. JUN. p. 4. n. 45. MOZZ. *de*
subst. ant. n. 4. SCHNEIDEVV. p. 5. n. 4. Est autem hæc Reno-
 vatio nil aliud, quàm confirmatio & quasi reintegratio
 Investituræ de feudo primitus factæ. *c. investitura. pr. ibig.*
 Gloss. 2. F. 3. VULTEJ. l. F. c. 7. n. 96. *seq.* MENOCH. *consil.* 66. n.
 28. & 40. vol. 1. Feudistæ communiter. *inc. 1. quid præced.*
deb. BALD. *inc. 1. de prohib. feud. alien. per Lothar. & in auth.*
hoc jus porrectum C. de SS. Eccl. Hæc enim nihil novi juris
 addit, sed id, quod invenit, confirmat SCHENCK. BARO. *inc.*
1. n. 1. quid præced. deb. SCHRADER. p. 6. c. 3. n. 29. *seq.* Unde
 perhibent renovari debere feudum per investituram sub
 eâ-

eadem formâ & pacto, quo prima Investitura facta fuit. *BARTOLUS in l. quod dicitur. n. 9. π. de impens. in ren. dot. fact.* *BALDUS in l. 1. quest. 15. π. de R. D. quomodo investituram esse renovandam* judicavit Camera Imperialis. 23. Januarii. An. 1544. adeoque in feudo renovato repetitas censerî omnes qualitates investituræ primæ. *BALD. in l. 1. u. nica. n. 31. C. quando non petent. part. ALEX. conf. 30. n. 6. vol. 1. & conf. 107. vol. 4.* Toties verò hæc Investituræ Renovatio est petenda, quoties persona vel Domini vel Vasalli mutata est, puta, alterutro vel utroque mortuo. c. 1. pr. ubi IERN. *BALD. ALVAROTT. & AFFLICT. quo tempore miles.* *JACOB. de S. GEORG. in invest. verb. dictiq. vasalli. n. 2.* *CURT. JUN. p. 4. n. 54. ZAS. p. 10. n. 16. SCHRADER. p. 6. c. 1. n. 1. ROSENTHAL. c. 6. concl. 30. A* quibus autem Eadem petatur, vel etiam qui petere Eandem debeant, prolixè nos docent Feudistæ *ad c. investitura. c. 1. per quos fiat investitura. II. F. 3. 2. F. 26. & 2. F. 77. conf. LUDVVELL. Synops. Feud. §. 11. p. 289. & imprimis Ejus Tract. de Renov. Investit. cap. 10. VULTEJ. lib. 1. c. 7. n. 134.* quæ omnia & singula hæc dissertatione complecti nequimus, cum brevitatis nobis pro Lege sit.

§. XXVIII. Illud autem adhuc Observationem aliquam mereri videtur quod hæc Investituræ Renovatio peti debeat intra annum & diem. *d. c. prima autem. pr. 2. F. 24. d. c. Imperialis. §. fin. 2. F. 52. & d. c. Imperialem. in fin. pr. 2. F. 55. ARDIZ. in summ. feud. c. 42. & 72. CURT. JUN. de feud. p. 4. n. 24. DUAR. de feud. c. 14. n. 2. WESEMBEC. conf. 148. n. 12. seqq. PARIS. conf. 101. n. 31. vol. 1. FORCATUL. de feud. c. 4. pr. COLER. decis. 83. n. 1. FERRAR. 3. coll. 6. Neque hîc obstat. c. sancimus. pr. quo temp. mil. invest. pet. 1. F. 22. In quo annus & mensis requiri videtur. Hinc diversæ Dd. opiniones hæc de re. Alii enim cum HOTTOM. & CUJACIO textum corrigendum, & pro voce *ensem*, *diem* legendum esse existimant: Alii*

speciale quid esse, adeoque solis *militibus* favore *militie* indultum autumant, quos inter est LUDVELL. *Synops. feud. d. c. 2, p. 294.* MINSINGER. *d. cent. 5. Observ. 9.* ROSENTHAL. *c. 6. concl. 30. n. 7.* Alii denique cum VULTEIO & STRUVIO afferunt, jure quidem *annum & diem* definitum fuisse, juxta rextus allegatos; non tamen ita strictè observatum in judiciis, sed si Vassallus post lapsum *anni & diei* venisset, intra spacium 29. dierum moram commissam, celeri quâdam satisfactione pro purgatâ habitam fuisse. *per d. c. 1. quo temp. miles.* quod innuere videtur particula *ULTRA. d. c. 1.* Adeoque diem in jure feudali, non naturaliter, sed civiliter accipiendum esse, ita ut non unus dies, sed aliquot dies ultra annum intelligantur, author est SIER. REUSNERUS. *colleg. feud. disp. 4. th. 19.* & FINCKTELH. *disp. 7. contr. 16.* Quot autem dies indulti sint moribus Longobardorum, exprimitur *d. 2. F. 22.* ubi anno mensis adjicitur. Et hæc Explicatio confirmatur Jure Saxonico: quò itidem formulâ *annus & dies, Jahr und Tag/* non denotatur annus & unicus dies, sed plures dies ultra annum, nimirum sex septimanæ cum tribus diebus. *LandX. lib. 1. art. 28. Gloss.* Et quoad hanc ipsam Renovationem Investituræ annus & dies explicatur per sex septimanas. *LehnX. c. 22. & 25.* Atque hæc Sententia, ut benignior, recipi omninò meretur.

§. XXVIII. Dicta Vasalli erga Dominum Reverentia quoque requirit, ut Instrumentum Investituræ, & sic ritulū possessionis suæ edat. Gloss. *in §. Imperialem. §. il. lud quoz.* 2. F. 55. HARTM. PISTOR. p. 2. *quest. 46.* NICOL. INTRIGL. *de feud. art. 84. fin. cent. 2.* pro justificandâ scil. possessione feudali: Ita enim germanicè dicunt: *Lehns-Justification.* Atque huc pertinet usurpata hæc in re Clausula: *Die vorigen Muthzeddel in originali, dem hiesigen*

gen Tangelen / Gebrauch Gemäß mit zur Stelle
bringen. Non tantum autem in iudicio, sed etiam extra
iudicium petenti domino vassallus Instrumenta Investi-
turae edere tenetur. *arg. l. Titius heres. ubi Alberic. n. de att.
empr. ISERN. in c. 1. § illud quoq. de prohib. feud. alien. per Fri-
der. BORCH. c. 8. n. 117. JASON. in pralud. feud. n. 51. WESEM-
BEC. d. consil. 195. n. 164. seqq.* Atque hæc de Reverentiâ di-
cta sufficiant.

§. XXIX. De Taciturnitate res est expedita quod
Vassallus non possit pandere secreta domini sui. *Gloss. in c.
de formâ. 32. quæst. fin. & regulare id esse respondit DE CIA-
NUS cons. 27. n. 23. vol. 1.* Adeo, ut vassallus revelans secreta,
id est, dicta vel facta Domini sui, feudum amittat. *per text.
in c. 1. quib. mod. feud. amitt.* BALD. *in c. 1. verb. credentia. de
pac. Const. & in l. nullum. C. de Testibus.* JASON. *consil. 87 & 89.
CRAVET. cons. 224. n. 6 CEPOL. consil. 39. n. 29* quam rem val-
de esse periculofam, dicit WESEMBEC. *de feud. c. 15. n. 6.*
ideoque monet tria desiderari, ut ex hac causâ feudum a-
mittatur. 1. Ut Vassallus id fecerit scienter & dolo malo. *d.
c. 1. quib. mod. feud. amitt.* 2. Ut id fecerit animo afficiendi
dominum damno. *d. loco Gloss. & AFFLICT. in c. 1. quib. mod.
feud. am.* SCHRADER *9 feud. 3. n. 1.* PACIAN. *2. de probat. 40 n.
15. 310.* ut reverâ damnum inde sit securum. ZASIVS *p. 10. n. 34.
seqq.* SONSBEC. *p. 11 n. 62* MOZZ. *ex quib. causis. feud. in n. 35.*
Quod postremum tamen non semper requiritur, cum
nonnunquam feudo privari possit vassallus, si modò eò a-
nimò revelavit, ut domino noceret GIGAS. *de crim. Laf.
Majest. quæst. 21. n. 8.* BORCHOLT *c. 8. n. 127.* Controversia au-
tem Vassallo si eâ de re incidat, ipse probare debet mali-
tiosè à se secreta non esse revelata, ALVAROT. *in c. 1. quib.
mod. feud. am.* LAS. *p. 10 n. 35.* CURT. JUN. *de feud. part. 4. conf.
37. n. 76. fin.* SCHRADER. *9 feud. 9. n. 44. 50. seqq. & part. 9. sect.*
n. 12.

12. n. 34. BARDELL. *conf.* 101. n. 57. *seqq.* ROLL. à VALLE. *conf.* 1. n. 89. vol. 3. Sed probè hic notandum, quod scribit HEIGIUS 2. *quest.* 40. n. 48. nimirum si vasallus convincatur secretum domini revelasse, ipse autem contendat, se id non malâ mente & animò fecisse, eundem jurare debere, se id eo animo non fecisse, ut domino noceret: Atque hoc etiam affirmat JACOB. de S. GEORG. *in verb. distig. vasalli promiss. comm. fel.* n. 28. Sed SCHRADERUS. *sup. cit. loco.* contrarium tenet, atque vasallum hóc casu ad jurandum admitteri non debere asserit; Cujus Sententia verior & conscientiæ tutior esse omninò videtur.

§. XXX. Ad utilitatem denique & Incolumitatem Domini promovendam, quòvis loco ac tempore Vasallus omninò est adstrictus; Commodum autem domini promovet, & damnum Ejusdem avertit in genere quidem ita se gerendo, ne vel omittendo vel committendo oblit 1. Vitæ & corporis INCOLUMITATI & SECURITATI. 2. Bonorum TUTÆ, FACILI & POSSIBILI conservationi aut acquisitioni; aliæ UTILITATI; & HONORI domini. 2. F. 3. 6. 7. Vid. ANDR. KOHL. *de serv. feud.* l. 4. n. 1. *seqq.*

§. XXXI. In specie verò Utilitatem domini promovet Vasallus per Servitia feudalitica: sive vasallitica, & militaria. *Lehen oder Ritterdienste.* 2. F. 23. *fin.* & 2. F. 55. *c. firmiter. conf.* 1. F. 5. *pr.* 19. 20. 21. 2. F. 12. 21. 26. §. beneficium. Est enim de Naturâ feudi, ut vasallus domino suo eò nomine servitia præstet. *per. c. 1. §. firmiter. de prohib. feud. alien.* BORCH. *in c. 1. n. 29.* ARDIZ. *rubr.* 33. MOLIN. *in consuetud. Parisiens. de feud. tit. 1. n. 52. & 53.* Non verò de Essentiâ feudi est: quia feudum etiam ita concedi potest, ut nulla omninò à Vasallo præstentur servitia. *arg. c. significavit. 41. X. de testib. & attestat.* Quod feudum Francum sive liberum appellant BALD. *in pralud. feud.* n. 53. ALVAROT. *in præloq.*

log. divis. 2. ZAS. p. ult. n. 36. SCHRADER. p. 8. c. 2. n. 32. CURT. tr. feud. p. 1. quest. 8. n. 27. ARUM. D. F. 1. th. 38. DEC. conf. 103. n. 4. adeoque salvâ feudi essentiâ pactò fieri potest ut servitia vasallo planè remittantur. ISEK. in c. 1. II. quib. caus. MOZZ. de accident. feud. n. 31. ANDR KOHL. de servit. feud. p. 1. n. 5. 6. 7. seqq. MENOCH. conf. 1. n. 31. Jam verò quæ formæ sunt, ea ex pactis immutari nequeunt: Servitia igitur non de substantiâ, sed saltem de feudi natura esse ex dictis constat. Neq; etiam hic obstat. c. 1. in quib. caus. feud. amitt. ex. F. 23. ubi servitorum expressa in descriptione fit mentio: quoniam ad ea respexit Feudista, quæ ex naturâ feudi insunt, etiamsi nihil de iis dictum vel actum fuerit. ISEK. ad d. c. 1. Obertus. n. 9. SCHENCK. num. 3.

§. XXXII. Constitunt autem illa servitia, in Operâ, quâ tam belli quàm pacis tempore, consilio atque auxilio, domini vita, corpus, honorque defenditur, territorium aliave bona ac jura conservantur atque augentur: Quæ opera regulariter est militaris, & equis armisque præstatur: unde vocari consuevit, *Ritterdienst. vid. 1. F. 5. pr. 19. 20. 21. 22. F. 12. 21. 26. §. beneficium.* Eaque secundum communem feudi naturam est indeterminata, sed moderatè à domino exigenda, & cujusque loci consuetudo, ut & quantitas feudi attendenda est *ROSENTHAL. c. 8. concl. 4. n. 3. GAIL. 2. obs. 62.* Undè plerumque recurri solet ad schedulas lustratorias. *Muster oder Forirzettel.* Ut quot equis delectu factò quis comparuerit, tot servire obligatus esse præsumatur. *KNICHEN. de pact. vest. p. 2. c. 5. n. 19. de jur. terr. c. 3. n. 366.* Quandoque verò in Investituris hæc Opera determinata reperitur. v. gr. ut vasallus uno, duobus tribusve equis sit præsto, daß er das Lehn/ mit einem/ zwey oder drey Ritter Pferden bediene. *JACOB. de S. GEORG. tract. de feud. verb. & promisc. HEIG. 1. quest. 18. n. 12.*

14. BOCER. c. 4. n. 30. Vel etiam si exigua sunt feuda, ut ratione duorum vel plurium feudorum unus alatur & mittatur cum milite equus : **Daß das Lehn ein halb Ritters Pferd oder weniger halte.** KOHL. de serv. feud. p. 4. n. 95. ANTON. disp. feud. 7. th. 3. lit. C.

§. XXX. Præstanda autem domino est à Vassallo hæc Opera militaris, quando Eadem indiget, Dominum autem Eâ indigere, cum facti sit, quod divinare citra denunciationem Vassalli nequeant, sequitur, istiusmodi operam omninò prius Vassallis intimandam ab iisdemque specialiter petendam esse. *arg. pr. nostri textus. verb. in petend. ostendit.* Et c. secundi Constitutionis Karolin. his verbis : *Annus cum sex hebdomatibus ad præparationem nobiscum euntium pro induciis detur, & per totum taliter regnum fidelibus nostris indicetur.* Vassallus etenim non nisi requisitus ad serviendum sese sistere tenetur. 2. F. 26. §. licet. F. 28. §. ad hoc. 2. F. 37. in fin. conf. ZAS p. 7. n. 27. BORCH. c. 1. n. 24. Et ad servitia præstanda, quando iis opus. 1. F. 21. interpellatio sive Indictio omninò est necessaria. *dist. 2. F. 26. §. licet. & 55. c. firmiter.* Quæ olim scripto aut voce præconis fiebat & illa Latinitate dicebatur Bannus, multa autem emanentis Heribannus vocabatur; Et indicebatur in duorum hominum sive comparium præsentia: uti nos docet vetustus quidam Auctor de Beneficiis. c. 9. *Et textus aliquis feudalis. lib. 2. F. tit. 54. de Allodiis* ita conceptus: *Si de vocatione legitimâ à Domino suo convinci per comparum suos poterit, feudum perdat; & dominus in suos usus illud habeat redigendi liberam facultatem.* Ceterum de jure communi feudali talis interpellatio sive Indictio vel generalis est, quæ fit per solam certiorationem, ad hoc ut parati sint Vassalli; vel specialis. 2. F. 7. quæ fit periculo appropinquante, quando locus simul indicatur lustrationis, ubi

ubi comparendum sit: Prioris Exemplum exhibent ha-
Litteræ Evocatoria, quas adhuc adicere haud superva-
caneum esse duximus; quarumque subjecta Copia ita so-
nat: Von Gottes Gnaden/ Johann Philipp/ Herz-
zog zu Sachsen &c. Lieben getreue/ weil sich die Ge-
fahr im Heil. Römischen Reiche / von Tage zu Tage
besorglicher anläst/ in deme allerhand gefährliche mo-
tus und Kriegs Empörungen sich hin und wieder er-
eignen/ also/ daß wir unumgänglich verursacht und
bewogen werden/ (ohngeachtet wir mit niemanden
in ungutem zu thun) unsere Sachen in gute Acht zu
nehmen / und auff Mittel und Wege zu gedencken/
wie wir und unsere Lande und Leute so viel möglich
vor unbilllichem und unverschuldetem Gewalt / ver-
mittelt des Allmächtigen genädiger Verleihunge ge-
sichert seyn und bleiben möchten; als begehren wir
vor uns und die Hochgebohrne Fürsten / unsere
freundliche geliebte Brüdere und Gevattern Herren
N.N. &c. Ihr wollet Euch / vermöge euer Pflicht/
mit den Pferden und Knechten/ mit welchen uns/und
genanten unsern geliebten Brüdern / auch unsern
freundlichen lieben Vettern/ Fürstl. W. Linien. Ihr
zu dienen schuldig/also und der Gestalt gefast machen;
Daß ihr auff ferner unser Zuschreiben an dem Orte/
dahin wir Euch erfordern möchten / bey Tage und
Nacht ohne Ausßenbleiben erscheinet/ und Euch hier
an nichts als Gottes Gewalt/ verhindern laisset. NB.
Im Fall Ihr aber durch Leibes Ungelegenheit da-
von abgehalten würdet/ nichts desto weniger eine sol-
che Persohn / damit wir zu Frieden seyn können an
euere Statt samt zugehörigen Pferden und Knech-
ten ohnfehlbar schicket/ und solches nicht anders hal-
tet.

tet. Daran geschicht unsere zuverlässige gängliche und
gefällige Meinung. Datum N. am 24. Martii. Anno.
1626.

§. XXXIV. Quando itaque hunc in modum petita
prius ac requisita fuit hæc opera, tunc omnino quoq; a Va-
sallo Domino erit præstanda, & quidē juxta Indigentiam
Ejus tam belli quàm pacis tempore cum sc. in periculo est
constitutus. 2. F. 7. & 26. §. licet. 28. vers. adhuc. maximè autē
cūm guerrā facit. 2. F. 28. pr. c. domino, modò causa justa &
rationabilis sit; tunc enim vasallus dominum tam in de-
fendendo quàm offendendo omnino adjuvare tenetur.
2. F. 7. c. est & alia. vers. et si sci vero. ZAS. p. 7. n. 27. BORCH. c. 7.
n. 45. Idem dicendum si causa dubia sit. c. domino. 2. F. 28.
quoniam determinatio istius dubii ad vasallum non per-
tinet, sed debet obsequi domino suo, cujus persona, ipsi
sancta & honesta videri debet. arg. l. 9. π. de obseq. par. &
patr. præstand. BALD. ad d. c. domino. Sin verò causa notoriè
& evidenter sit injusta vasallus domino auxilium præsta-
re non tenetur. c. 1. vers. et si sci vero. de nov. for. fidel. ZAS. p.
7. n. 28. BORCH. c. 7. n. 44. MENOCH. consil. 281. n. 32. vol. 3. Si
tamen dominus, etiam injustè bellum gerens, in magno
periculo constituatur, defendere ipsum tenetur vasallus.
2. F. 28. verb. adjuvet cum ad ejus defensionem. Vid. KOHL.
p. 2. n. 46. seqq. Ratione etiam personæ domini consideran-
dam est, quod bannitum seu proscriptum 2. F. 28. Ordn.
des Landfried. rubr. die Poen der Friedbrecher. CARPZ.
prax. crim. p. 3. quæ. 140. GAIL. lib. 2. de pac. publ. item excom-
municatum. d. 2. Feud. 28. junct. c. pon. & ult. ff. vasal-
lus adjuvare non teneatur. vid. KOHL. p. 2. n. 59. seqq.

§. XXXV. Hanc Operam verò vasallus domino præ-
stare tenetur contra omnes: per c. est & alia. 2. F. 7. Exci-
pitur a. I. Imperator, Rex, seu Princeps. 2. F. 55. in fine. quia

re-

regulariter subditi Majestati resistere nequeunt, sed potius injuriam illatam tolerare debent. GROT. *in aureo lib. de Jur. Bell. & pac. l. 1. c. 4. n. 1. seqq.* II. Dominus antiquior. 2. F. 28. *in fin.* qualis non tantum est is, cui prius juramentum præstitum est, sed & ille, cujus vasallus jam ante est, qui nunc feudum accipit c. *Imperialis. §. satis bene. de prohib. feud. al. per Loth. 2. F. 52.* Adeò ut neque etiam per substitutum vasallus posteriorem contra priorem dominum adjuvare possit. *per d. 2. F. 28. c. fin. add. HUNNIUS. c. 13. p. 37 2. 310.* III. Excipitur patria vasalli. *arg. l. 35. π. de relig. & sumpt. fun. BORCH. c. 7. n. 49. SCHENCK. BARO. n. 4. de nov. form. fidel. RITTERSH. c. 1. quest. 24.* adeò ut si dominus vasalli sit proditor ipsius patriæ, ipse accusari possit à vasallo. Gloss. *in c. 1. que fuit prima causa. cum aliàs hoc facere nequeat. ut sup. docuimus.* IV. deniq; excipitur ipsa persona vasalli, quia ordinata charitas à seipsà incipit. *arg. l. 6. C. de servitut. & in generali persona loquentis excipitur. l. 20. §. ult. π. de pign. & hypoth. l. 13. C. de solut. & l. 9. π. de pignor. & hypoth. & l. 9. π. de servitut.* Gloss. *ad d. c. fin. ibiq; BALD. & ALVAROTT. BORCH. c. 7. n. 41.* Unde etiam rectè dicitur: Vasallum non teneri vitam suam postponere vitæ Domini. Gloss. *in §. sicientulus. de alien. feud. 1. F. 13. SPEC. de feud. §. quoniam FRECC. de sub feud. lib. 2. autor. 4. KIRCHOVIUS. in thes. comm. opin. lit. V.*

§. XXXVI. Non autem hîc excipitur pater vel filius. 2. F. 28. *in fin.* & 2. F. 55. §. *in super.* Disertè enim consuetudinibus feudalibus cavetur, vasallum etiam contra patrem vel filium teneri adjuvare dominum suum. *per dd. text.* quod etsi durum sit, & rationi naturali contrarium videatur, servandum tamen esse, cum Lex consuetudinis ita scripta sit, dicit ZASIUS. *in epit. suâ feud. p. 7. n. 28.* Verùm alii hoc agrè concedunt, quapropter d. text. cum Cujacio

lib. 4. feud. c. 31. corrigunt, ac verba illa. *Et patrem* ab antiquo Codice abesse, ac proinde delenda monent. Alii autem cum BALDO *in c. 1. de nov. form. fidej.* & HOTTOMANNO, *ad d. c. domino.* variis modis distinguunt. Vid. Dn. LUVVELL. *Synops. feud. c. 14 p. m. 360.* VULTEJUS *lib. 1. c. 10 n. 43.* HENR. ARNISÆUS. *de jur. Majest. lib. 1. c. 5. & c.* Verum enim verò cum allegatus Textus. *2. F. 28. fin.* hoc expressè innuat, ab eò quidem haud facilè recedendum. JACOB. de BELLOV. *ad d. c. fin. ibig.* BALDUS. *n. 1.* Sed tamen non ita crudè prout sonat, verum civiliter eum accipiendum esse credimus; de auxilio scil. præstando domino, non qui alium offendit, sed qui ipse offenditur, & quidem offenditur injustè à patre vel filio aut fratre vasalli. Neque hoc enim casu Reverentia quam filius debet Patri, vel amor quem Pater debet filio, hic ob stare potest, quò minùs datam fidem servet vasallus, ac Dominum adjuvet contra quosvis injustè aggredientes. Vid. VULTEJ. *lib. 1. de feud. c. 10. n. 43. fin.* Dn. STRUVE. *Syntag. feud. c. 12. aph. 8.* Modò tamen vasallus in hac ipsà defensione domini contra parentem, quantum fieri potest, amorem ac pietatem debitam observet: quod fieri optimè poterit, si tale auxilium contra parentem in proprià personà haud præstet, quoniam solvendo dimidium reddituum unius anni de feudo filius servitia contra patrem præstanda luere seque liberare potest. *2. F. 55. §. firmiter. add. KOHLIUS p. 3. n. 5. seqq. & n. 25.* quod tamen singulare.

§. XXXVII. Regulariter enim auxilium domino vasallus in proprià personà præstare tenetur. *2. F. 22. in fin. & 2. F. 55. §. firmiter.* quia ipsius vasalli fides & industria electa esse censetur. *arg. c. in epistolâ. de form. fidel. §. est & alia. 2. F. 7.* atque sic consideranda nobis hic venit Hostentiarum tum materia, cum forma.

§. XXXVIII.

§.XXXVIII. Materia est Actus comitandi, seu actualis Itio cum domino in expeditionem; Procerum enim & Vafallorum Imperii omnis Ordinis officium, & servitium Imperatori debitum, vel primum hoc erat, ut Regem Romanorum ab Electoribus creatum, & solenni ritu Romæ in Augustum consecrandum & coronandum, honoris & Majestatis ergo illuc comitarentur; de quâ protectione multa in ipsis Feudorum libris mentio extat: quam Lotharius Imperator. *lib.2.Feud. tit.52. de prohib. feud. alien. per Lothar. felicissimam nostri numinis expeditionem*, & Fridericus d. *lib.2.feud. tit.56. Quæ sint Regaliz. felicissimam regalis numinis expeditionem* vocant, imitatione Theodosii & Valentiniani Imp. *in l.jubemus. 10.l.Neminem 2.C.de SS.Eccles.* Ut autem Cæsarem Principes & Proceres, pro nexu suo, quo Imperio tenentur, comitari debebant, majori aut minori numero & apparatu, pro principatuum & feudorum suorum ratione; ita ipsi rursus clientes & beneficiarios suos in protectionem, hanc comites & assecles trahebant, simili proportionem beneficiorum facultatumque habita: Atque hæc actualis Itio cum domino tam necessaria erat, ut quis, eâ neglectâ, feudum amitteret. Id quod nobis clarè ostendit *Constitut. Imp. Karoli III. dicti Crassi. de Exp. Rom. his verbis: Cuicunq. autem secundum hanc Legem eadem Expeditio imperetur, si ad Curiam Gallorum, hoc est, in campum qui vulgò Rungalle dicitur, Dominum suum non comitetur, & ibi cum militari apparatu non representetur, feudo (præter hos, qui cum gratiâ Dominorum suorum remanserunt) in conspectu nostro absq. spe recuperationis privetur.*

§.XXXIX. Forma hujus actualis Itionis in Expeditionem cum Domino, in d. *Constit. Karolinâ.* exprimitur per verba: *Halsbergas ducere: Quæ Vox diu multumque*

CX~

exercuit Clariss. Virum Dn. MARQU. FREHERUM. utpotè
quam nec legisse, vel audivisse, nec doctissimis amicorum
consultis discere potuisse scribit in suo erudito com-
mentario ad hanc *Constit. Karoli 2. dicti Crasfi. de Exp.*
Rom. Donec tandemprehenderit, *Halspergam*, priscè
& propriè esse thoracem vel loricam, sive ex laminis
compactam, sive ex annulis orbiculisq; contextam, quam
Franco-Galli adhuc *Haubert-Hauberge- & Haubergeon* ap-
pellant: Undè Vetus proverbium illorum: *De maille à*
maille on fait le hubergeon. Est autem Vox vetus Francica
Germanica, usu quidem desita, sed quæ in libro veterum
cantionum, Heldenbuch. inscripto, frequenter legitur.
part. 1. 2. & 3. Et ne *Ερωπον* etiam nesciamus, sic dicta, quasi
munimentum Colli, quæ collum tegat (id enim est *ber-*
gen. quâ formâ Saxones dicunt, *se sind geborgen.* servati
sunt è periculo. Eâdem compositione, quâ galeam idem
ævum *Haubtach* dixit, quod tecti instar sit vertici. *Hals-*
pergas igitur tot ducere, tot est cataphractus & loricatos
ducere, in quibus splendor & robur totius agminis præ-
cipuum. *Livius. lib. XXXVII. His tria millia peditum loricato-*
rum (cataphractus ipsi appellant) adjunxit. *Historia Mi-*
scella. lib. XXXI. Usq; ad viginti scaphas remanserunt, ha-
bentes centenos loricatos ad has custodiendas. Et lib. 20.
Misit tria millia loricatorum ad circumdandum eum ne fu-
geret. Hinc Feudum Loricæ, ap. Sigebertum GEBLA-
CENSEM. *An. 1560. de Expeditione Henrici Regis Anglorum.*
Quod militi assignatur eâ lege, ut ad Edictum præstò sit
in armis loricatus sive cataphractus. Quod Feudum
Hauberticum *Fief de haubert*, Franci & Normanni etiam
num vocant, ut legimus *Consuetud. Normand. c. 85. Celuy*
qui tient fief de haubert, doit deservir son fief par pleines
armes, par le cheval, par le haubert, par l'escu, par l'espée,
par le heaulme. §. XL.

§. XL. Atque sic etiam in Expeditione Romanâ hanc Operam in armis loricati sive cataphracti Vasalli quivis præstare debebant, nonnunquam tamen pecuniâ Eandem redimere ipsis permittebatur sed ita: ut ii vasalli, qui cum gratia & bona voluntate Dominorum suorum domi remanserunt, ad legendos alendosque Eorum loco alios milites promissâ stipendia ritè exsolvant. Vid. Frid. à SANDE. *comm. in Consuet. Geldr. feud. tract. 2. tit. 1. §. 2. n. 13.* atque hoc casu nomine Hostenditarum venit pecuniæ pro Opera præstatio.

§. XLI. Et huc pertinet, quod ait Feudista *Hostenditias* esse adjutorium, quod vasalli domino præstant, si cum eis non vadunt, in Lombardiâ nempe de modio 12. denarios. In Teutonicâ Terrâ tertiam partem fructuum, factâ computatione fructuum solummodò ejus anni, quò hostem faciunt: Id quod Saxonibus *Heersteuer* / *Reissegelt* dicitur. *LehnR. c. 46.* SCHNEID. *v. p. 5. de feud. n. 96.* prout ergo fructus in eo anno deprehenduntur ita etiam restituendi erunt, nec meliores, nec deteriores, non plures, neque tamen pauciores; Sed dicta pars Tertia: Hinc Ea feudo vel aucto vel imminuto, augeri aut imminui nullo modo potest nimirû quia definita atq; determinata est Quantitas; nisi, vel summa aliqua emergens necessitas aliud suadeat, aut etiam Feudistarum distinctiones inter augmentum & decrementum quod fit naturaliter, vel factò domini, vel vasalli, aliquando aliud velint. Vid. KOHL. *tract. de feud. p. 4. n. 177.* Magnif. Dn. D. STRUVE. *S. F. c. XI. th. V. com.*

§. XLII. Ut autem olim in Teutonicâ Terrâ tertia pars fructuum fuit determinata; Sic ex Constitutione Friderici Imp. dimidia saltem fructuum ac redditus illius anni, quò indicta est Expeditio, persolvenda constituta

D

est:

est: Ut ex communi Feudistarum Consensu & dicta *Constit. Imp. Friderici de prohib. feud. alien. 2. f. 55. c. firmiter* colligi licet: Mirè etenim in hoc variatum fuit, namque in *Imp. Karoli III. dicti Crassi Constit. de Exped. Rom. 1b. 6.* Totus fructus illius anni exposcitur: Et vetus quidam Auctor de Beneficiis *c. 13.* ita scribit; *Ibunt illuc & alii, omnes Imperialia beneficia habentes, quisq. cum domino suo, nisi talento decimo iter redimat, quod annuatim à Domino suo habuerat.* Cum quò maximè convenit Jus Feudale Saxonicum eundem in modum hanc ipsam quantitatem ita determinans: *Der Mann ist mit dem Herren zu ziehen schuldig/oder muß die Zarth lösen/ mit dem zehenden Pfund des Zinßes/ den er jährlichen von ihm hat.* *Sächsisch. LehnR. c. 4. conf. SCHNEID-
VVIN. part. 5. de feud. n. 114.*

§. XLIII. Et hanc quoque in rem superiori ævo Vires totius Imperii æstimatæ, & certa quantitas cuilibet statui assignata fuit. Recessus Imperii *de An. 1521. §. auch haben uns Chur Fürsten. & Reichs Abschied zu Nürnberg. Ann. 1522. pr.* ita, ut Comitatu illo Romano ad 20000. peditum & 4000. equitum ad 6. Menses constituto unicuique statuum Imperii juxta conditionem bonorum suorum certus numerus peditum, & equitum, quem mittere, aut pro unoquoque equite 12 florenos & pro singulo pedite 4 flor.olvere teneretur, definitus fuerit. Vid. LIMNÆI *Jus Publ. lib. 2. c. 4. & lib. 4. c. 7. junct. add. d.* ubi insimul schema quoddam istiusmodi unicuique Statuum Ordini assignatæ quantitatis exhibet.

§. XLIV. Adeò, ut nec Ecclesiarum filii, sive Ecclesiæ ab hoc Expeditionis onere immunes fuerint, ex quò enim tempore Ecclesiæ bonis, latifundiis, prædiis, redditibus auctæ fuerant; ex eòdem etiam beneficiarios suos

suos sibi libellis precariis, feudis acquisiverunt; & milites, fideles, ministeriales advocatos suos habuerunt: Undè pro hac ipsa regiâ Expeditione peragenda certum numerum militum, id est, nobilium vasallorum sibi assignatum sustentare necesse habebant; ut præter historias ex §. V. dictæ Confit. Karoline de Exp. Rom. & aliis Imp. Constitutionibus notum est: 2. F. 52. & 2. F. 55. §. firmiter. junct. l. 2. C. de quib. muner. & l. 10. 11. C. de SS. Eccles. quas egregiè, ut omnia, explicat Magnificus Dn. D. STRAUCH. Antecessor in hac Inclytâ Salanâ primarius, Doctor & Patronus meus æterno mentis cultu piè prosequendus in MSS. commentariò ad has Cod. LL.

§. XLV. Quinimò nec Regiæ domus, Expeditionis tempore ab Angariis & parangariis excusantur. l. 21. C. de cursu publico. Causa enim hæc summè est necessaria, ideoque Nemo ab eâ excusatur. l. un. C. ut nemini. lic. in empt.

§. XLVI. Finis etiam Hostenditiarum hoc requirit, isque duplex. Unus, splendor & Majestas tanti Exercitus, utpotè qui 20000. peditum, & 4000 equitum constabat, quorumq; non minima pars Loricatorum erat, in quibus singularis splendor & Majestas deprehendebatur: Haud sanè immeritò; Imperatoriam enim Majestatem in tam arduo Imperii negotio pro sumendâ scil. & obtinenda Coronâ Romanâ omninò armis armatam atque decoratam esse decet, ac proin omnium & singulorum qui feuda Imperii tenent, primum officium esse debet, ut Imperatorem Romam ad petendam Coronam profecturum cum istiusmodi splendido militari apparatu comitentur; quemadmodum aliàs etiam vasalli tenentur de servitio præstando in honorem domini splendidioris apparatûs causâ, in Ehrensâllen. ut testatur KOHL. de serv.

feud. p. 4. n. 99. alter, periculorum & insidiarum in quas isto in Itinere Imp. incidere possunt, aversio. Variis etenim gravissimisq; periculis & insidiis plurimos Imp. tum temporis obnoxios fuisse; exempla Lotharii III. & Friderici I. nobis clarè ostendunt; quapropter ab hoc auxilio Imperatori Expeditionis tempore præstando Nemo immunis erit, quia de Salute Principis agitur: *Omnis igitur Vasallus, qui indictâ publicâ Expeditione vocatus à Domino suo, in eadem Expeditione spacio competenti temerè venire superfederit; vel alium pro se Domino acceptabilem mittere contemserit, vel dimidium redditus feudi unius anni domino non subministraverit feudum quod ab Episcopo vel alio Domino habuit, amittat; & dominus feudi in usus suos illud redigendi modis omnibus habeat facultatem. dictâ Constat. Friderici de prohibet. feud. alien. expressè cavetur. 2. F. 5. §. firmiter.*

§ XLVII. Feudum E amittit, quomodo autem id fiat, non satis liquet. *Judicio Curia privatur*, ut Guntherus innuit: *condemnatur*: ait Otto Frisingensis; quæ verborum discrepantia congruam nobis excutiendæ illius vexatissimæ inter Feudistas Controversiæ Occasionem & ansam præbet. Quando nimirum in Vasallum fertur Sententia Condemnatoria. *Wenn Er des Lehns verlustig erkant wird.* 1. F. 21. & 22. §. 2. An scilicet hæc Condemnatoria Sententia, sit privatoria, an saltem declaratoria, (differunt enim invicem, quòd illa ex nunc operetur in futurum, hæc autem in præteritum. Illa deiciat, hæc cecidisse declaret Vasallum) sive, an feudo demum per Sententiam privetur an verò ipso jure propter feloniam id amittat Vasallus, & solum insequatur Sententia, quâ declaretur ipsum quippe à Domino convictum culpæ, feudo privatum esse, vel etiam ut clarius dicam, an dominium utile ipso jure ad Dominum ob commiss-

missam feloniam revertatur, an verò per Sententiam Vasallo adimatur demum utile Dominium. Quod postremum his innixi rationibus liberè asserimus. I. Quod nullibi in jure feudali dicatur, ipso jure dominium utile ob feloniam ad dominum reverti. II. Quod concedatur domino. 1. *F. 21* conditio causà datà, causà nō secutà, quā actione personali quis petit sibi restitui rem cujus dominium est apud alterum. *d. 1. de condict. caus. dat. caus. non secutà. add. l. ult. π. usufr. quemadmodum caveat.* III. Quod conveniat hæc feudi ex ingratitudine repetitio cum revocatione donationis. 2. *F. 24* §. 2. quæ ob ingratitudinem commissam non ipso jure fit, sed per actionem & sententiam *l. fin. C. de revoc. donat.* IV. Quod nec perduellium bona ipsò jure publicentur, sed usque dum damnati fuerint, dominia rerum suarum retineant *l. 1. qui & à quibus. man. lib. non fant.* Conf. ANTON. MATTHÆI. *d. tract. lib. 48. tit. 2. c. 3.* Neque etiam V. ex aliis delictis quis ante patiatür pœnam, quàm per sententiam condemnatus fuerit. MARTIN. BONACIN. *tract. moral. de Contract. disp. 3. quest. 8.* Privatoria igitur hæc est Sententia, non autem declaratoria saltem, sive quod idem est, dominio utili per Sententiam demum, & non ante, privatur Vasallus. Vid. *Ampliss. Dn. D. STRUVE. S. F. cap. 15. de amiss. feud. tb. XI. comm.* ROSENTHAL. *c. 10. conclus. 41.* CLARUS. *in §. feudum. quest. 62.* RITTERSHUS. *part. feud. lib. 2. c. 6. quest. 15.*

§. XLVIII. Atque hæc Feudi privatio pœna est Vasalli, quando scilicet hanc militarem Operam Domino nec ipse nec per substitutum præstare vult, aut etiam dimidio redditus annui Eandem redimere detrectat; E contrà verò præstitæ hujus operæ tantus est favor, ut etiam feudum aliquib9 eapropter adimi nequeat; Constat enim, omne id quod Vasalli de suis feudis in Valvasinos (quos vocant)

gratuitò conferunt, feudi jus ac vim non habere, sed precarii simplicis instar esse & absque illorum culpà à dante ad lubitum revocari posse. *1. F. 16. de F. dat. minim. valvas* Nisi (*qua exceptio hunc ad locum pertinet.*) hi Valvasini suos illos seniores in hâc Expeditione & exercitu Romano comitati sint. *1. Feud. tit. 1. fin. & tit. 7. de natura feud.*

§. XLIX. Origo autem hujus Expeditionis Romanæ (*Römerzugs*) inde à Carolo M. deducitur: cum enim Carolus M. Rex Francorum & Longobardorum, eligeretur ac constitueretur Imperator Romanus, atque à Pontifice ipsis feriis natalitiis An. cdo. ccc. preciosissimâ coronâ coronaretur. quâ de re Vid. HENN. ARNISEÛS. *de translatione Imperii.* & Dn. CONRINGIUS. *de Germ. Imp. Rom. §. 7. & seqq.* Ritus quoque ille solennis Coronationis in seqq. Romanis Imp. est observatus, indeq; factum, ut Vasalli Regni horumque subvasalli creatum à Germanis Regem, atque ita simul ab ipsis electum Regem & Imperatorem Romanum tenerentur ad suscipiendam Imperii Romani Coronam, & solennem Consecrationem Romam comitari; quâ de re extat Vetus Constitutio Imp. Caroli III. dicti Crassi, quam edidit & commentario illustravit Marq. FREHERUS, eamque exhibet GOLDAST. *in Constit. Imper. vol. 1. p. 28.* LEHMANN, *Chron. Spir. Lib. 2. c. 42. in fin.*

§. L. Quæ Constitutio, An sit genuina? magna adhuc inter magni nominis Viros dubitatio est. Clarissimus equidem JCTUS FREHERUS. *in comm. suo ad d. Constit.* Eam pro genuina habet, atque dictum Imp. Karolum III. Ejus verum Auctorem esse contendit, eò quod Nomen Luitvardi, dicti Regis Cancellarii, Constitutioni huic Carolinæ sit subscriptum; Cùm illud nec in Magni. nec Calvi

Calvi actis reperiatur sed in hujus Karoli III. diplomatis exprimatur; ac proin quia hoc Luitvardi Nomen in hac de quâ loquimur, Constitutione reperitur, non sine ratione existimat FREHERUS, hunc Eum ipsum esse Luitvardum qui sub Karolo Crasso vixerat. Verum enim vero hæc Assertio non admodum firmo stat talo; quia facile fit, ut plures diverso tempore ac loco idem Nomen habeant; nihil enim certi hic demonstrari potest. Vid. *ô πῶν* Magn. Dn. JOH. HENR. BÖCLERUS. *Argentor. Acad. Historiar. Prof. inclitus*, *Doct̃or olim meus exoptatissimus summag. Animi Reverentiâ submisit & observanter atatem colendus ac suscipiendus in Notitiâ S. R. Imp. MSS. cap. 2. de Exped. Rom.* Ceterum & Chronologia discrepat, quod ipse etiam FREHERUS fatetur, asserens, quod hoc ipso anno DCCXXC. Imp. Carolus M. conventum Ordinum celebraverit Wormatiæ non verò Crassus; cum tamen Karolo M. hæc Constitutio nullo modo adscribi possit. Lapsus E. esse inquit, Scriptorum in numeris eumque non insolitum; & rescribendum necessario DCCC. XXCI. *vel seq. ann.* Quod ut levius, non tamen omnem adimit scrupulum, præsertim cum plura in ipsâ etiam Constitutione occurrant, quæ Amplissimis Viris BÖCLERO & CONRINGIO dictæ Constitutionis Authorem suspectum reddant; Cujusmodi est illud statim ab initio: *Rex Romanorum*, quo titulo certè nemo tùm temporis audiit, nisi jam Imperator coronatus V. iterum Dn. CONRINGIUS *in tr. de Orig. Jur. Germ. c. 17.* Principum quoque Secularium & Ecclesiasticorum voces illis temporibus fuere inusitatæ. Neque etiam reperire licet vel leve indicium Conventus jam tùm instituti in Italiâ ad Curiam Gallorum, sive Rungallium ejus hic ut rei usitatæ sit mentio. Ac denique nec stilus conformis est illi ævo nec feudi Vox ejus est temporis, unde WELSERUS ipse fatetur in Epistola MSS. ad FREHERUM. *Quo-*

niam aliquando subdubitare visus es, an feudorum nomen in vetustis tabulis ante Fridericos extaret, duo nunc apographa mitto qua illum scrupulum hactenus eximant. Carolinam tamen antiquitatem Constitutionis à Te edita non attingunt.

§. LI. Quid ergo hac de re sit statuendū, nondum satis liquet, nisi, quod cum Magnif. Dn. D. CONRINGIO asserere velimus, hanc Constitutionem fictam esse, idque fortè Seculo XII. in regulam Expeditionum Romanarum, quæ tūm temporis illis penè Legibus fuere instituta, ceu patet ex historiâ Friderici primi Cæsaris, tum ap. Otton. FRISINGENSEM, cū in GUNTHERI Ligurino. Ita enim Otto Lib. 2. c. 12. Inde castra movens. (scil. Fridericus I. Imp.) in campo Roncalia super padum, non longè à placentia, mense Novembri resedit. Est enim Consuetudinis Regum Francorum quæ & Teutonicorum, ut quotiescūq; ad sumendam Romani Imperii Coronam, militem ad transalpijandum coëgerint, in prædicto campo mansionem faciant. Ibi ligno in altum porrecto scutum suspenditur, universorumq; equitum agmen feuda habentium ad excubias proximâ nocte principi faciendas, per Curie præconem exposcitur: quod sectantes, qui in ejus comitatu fuerant, singuli singulos beneficiatos suos per præcones exposcunt. At sequenti die quicūq; nocturnis vigiliis defuisse deprehensus fuerat de mō ad præsentiam Regis, aliorumq; principum vel virorum Illustrium evocatur, sicq; omnes omnium beneficiati, qui sine bonâ Voluntate Dominorum suorum domi remanserunt, in feudis condemnantur: Hunc morem Principe secuto, non solum Laicorum feuda, sed & quorundam Episcoporum, i. e. Hartwici Bremensis, & Ulrici Halberstatensis regalia personis tantum, quia nec personis, sed Ecclesiis perpetualiter à Principibus tradita sunt, adjudicata fuere.

§. LII.

§. LII. Licet autem hæc Expeditio Romana diu multumque duraverit, atque etiam hodiè Electi Imp. soleant in Capitulatione Electoribus promittere se operam daturos, quò Coronâ quoque Imperatoriâ coronentur: Aliquot tamen novissimi Imperatores illam Coronationem, utpotè Imperio gravem ac superfluum omiserunt. Unde non immerito quæritur, an jure hoc facere potuerint; sive, quod idem est, An Imperator teneatur Romam petendæ Coronæ causa Expeditionem facere? Quod cum Juris Publici Scriptores diversimodè inter se disputarint, ansam id nobis dedit Eorum hæc de re Opinionem pro virili paululùm referre atque excutere.

§. LIII. Celebris equidem Arnisaus (*de subjectione & exemptione Clericorum cap. 7. ubi de translatione Imperii Romani agit n. 29. p. 190.*) sunt, ait, qui negant Imperatorem ullo modo ad petendam Coronam cogi posse; quia id nullâ Lege statutum, vel consuetudine inductum fuit. I. Legè quod attinet, planum est, Imperatoriâ non dari, sed potius contrarium decretum esse à Ludovico Bavaro; & si aliqua esset, non valeret, cum ne juramentum quidem valeat, quod dignitatem Imperatoris diminuit. (*constellato de jurejur.*) Si verò Lex pontificia producat, eam constat non obligare, nisi quatenus approbetur, cum jurisdictiones sint distinctæ. Sed nec ulla produci potest, quia *Clementina Romani. de jurejur. c. venerabilem. de electione. can. in Nomine Domini. distinct. 23.* Imperatorem non adstringunt ad petendam Coronam, sed Pontificis jus esse contendunt, ungere, consecrare, nominare, approbare. Imperatorem electum, si eò petitur veniat. II. Quod ad Consuetudinem attinet. *licet d. Clementina Romani*, producat exemplum Alberti & Henrici, qui Consecrationem à papâ petierint, tamen quod per favorem,

E

aut

aut ex certâ causa fecerunt aliis non debet creare præjudicium *c. quod ob gratiam. de R. I. in 6. cum concord.* In Actibus enim Voluntariis, & meræ facultatis, nulla præscriptio vel cōsuetudo induci potest. *per l. viam. π. de via publ.* III. Præterea cūm satis clarum sit, Actum creandi Imperatoris absolvi in solâ Electione, pater supervenientem Coronationem, nihil aliud esse quàm solennitatem. Atqui Imperator ab iis, quæ solennitatis sunt, Legibus absolvitur (*ut Dd. interpretantur. L. Princeps. π. de LL. l. digna Vox. C. eod. l. ex imperfectâ. 3. C. de Testam.*) Adeoque cum duplex sit Solennitas; Levis, quæ substantiam non immutat. *l. 1. π. de Exerc. act.* Et gravis, constat illam à quodvis, hanc verò à solo principe omitti posse, urgenti evidenti necessitate. *l. et finibil. 183. π. de R. I. l. 85. fin. l. 90. de integ. restitut.* Unde etiam in hâc ipsâ Solennitate multa immutata reperire licet. Hucusque Arnisæus.

§. LIV. Jam verò ad Ejusd. argumenta respondebimus. I. enim contra Eum faciunt omnes Capitulationum Articuli Illi, quibus Electus in Imperatorem se obligat ad Coronam Imperialem petendam & requirendam. Cogi E. qui hoc promisit, potest, si spontè promissa adimplere nolit. Lex enim Contractûs servari debet, & quod prius ante promissionem voluntarium erat, post eam necessarium factum est. Cogi inquam potest, sed non à Pontifice, ut nonnullis visum, verùm ab Electoribus, quibus promissio facta & Actio competit, ipsaque Executio ab Imperio fieri potest, non verò ab alio.

§. LV. Et hi dicti Capitulationum Articuli contrariantur quoque Arumæi Sententiæ. *discurs. 2. ad A. B. t. b. 20. p. 109.* asserentis; Hanc Pontificiam Coronationem planè non esse necessariam, quia nullibi Eadem præcipiatur, neque etiam verbulo quidem in A. B. ejus fiat mentio. Verùm

rum enim verò, quam facîle is refutari posset, nisi Ipse paulò post (*th. 21. p. 224.*) sui immemor aliud innuere videretur. Clarum namque ac certum est, in A B. non solum ex verborum consequentiâ, sed etiam expressè Coronæ Imperialis fieri mentionem. (*in exord. circ. fin. c. 2. §. 5. imprimis autem c. 26. §. 4.* qui Textus probè notandus. Aliumque dici *Regem Romanorum*, alium *Imperatorem*. (*d. c. 2. §. 7.*) quod & phrasis, *Rex Romanorum in Imperatorem promovendus*, notat. (*c. 1. pr. c. 18. pr.*) vel *in Casarem promovendus* (*d. c. 1. c. 18. 19. 21. c. 2. pr. §. 2. 3. c. 7. §. 1. c. 20. pr.* vel *Rex Romanorum, futurus Imperator. c. 28. §. 5.* Et licet etiam in Aur. Bullâ mentio nulla fiat, cujus sit hanc Coronâ Romanam Regi imponere, aliunde tamen satis notum est, hoc Pontificii esse muneris. Non enim ad propositum Caroli IV. faciebat, hoc ibi exprimere, non magis, quam quis Coronam Mediolanensem (*cujus meminit d. c. 26. c. 4.*) Romanorum Regi conferre debeat; Bulla namque potissimum de Electorum Jure, Officio, ac privilegiis agit, non de aliorum. Atque hæc contra Arumæum sufficiant: quapropter revertamur ad reliqua Arnisæi argumenta.

§. LVI. Ludovici Bavari Decretum quod attinet, illud certè nos non ferit, non enim decernit, Imperatorem, si Electoribus promiserit Coronam Imperialem à Pontifice requirere, non teneri promissis stare; Sed hoc decidit, falsum esse, quod dicitur, Imperialem Dignitatem & Potestatem à Papâ esse, Electumque Imperatorem non esse verum Imperatorem nec Regem, nisi prius per Papam, sive Sedem Apostolicam, confirmetur, approbetur, & coronetur: Statuit autem quod is, qui eligitur in Imperatorem sive Regem, ab Electoribus Imperii concorditer vel majori parte Eorundem, statim ex solâ Electione sit Rex verus, & Imperator Romanorum censendus

duſ & nominandus, Eidemque ab omnibus Imperii ſub-
jectis obediri debeat; ac adminiſtrandi jura Imperii, &
cætera faciendi, quæ ad Imperatorem verum pertinent,
plenariam habeat poteſtatem, nec Papæ, ſive Sedis Apo-
ſtolicæ, vel alicujus alterius approbatione, confirmatione,
authoritate indigeat, vel conſenſu (*ut ipſa Decreti
verba ſonant.* ap. GOLDAST. *inter Conſtit. Imp. p. 99.*) Et ut
brevibus dicam, quod res eſt; Conſtitutio Ludovici re-
jicit effectum, quem alii Coronationi, quæ à Pontifice fit,
attribuunt, Coronationem autem ipſam fieri non prohi-
bet. Poſito etiam, non tamen conſeſſo, Coronam illam
prohibitâ fuiſſe à Ludovico, vel ullo veterum Imp. alio,
ejus ſanè prohibitionis viſ hodiè ceſſaret, poſtquam Imp.
jurat, ſe omni diligentia Eam expediturū. Abrogare enim
LL. & novas ferre; prohibere, quod antea conſeſſum;
concedere, quod antea prohibitum; novum inauditum
in Imperio non eſt, nec ab ipſâ Juſtitiâ alienum.

§. LVII. Verum aliud hic diverticulum quærit AR-
NISÆUS & putat, Coronam illam diminuere Dignitatem,
Imp. Sed certè injurius eſt in ipſos SERENISS. Electores,
quaſi illi immemores officii & juramenti ſui contrâ di-
gnitatem Imperatoris & Imperii agant, & quidem ex
propreſi ac præmeditatione. Cùm tamen Corona illa,
dignitatem Imp. non magis diminuat, quàm corona Re-
galis, utraq; Dignitatis adeptæ publicum teſtimonium,
dignitatem honore ac reverentiâ coronans. Et, niſi Caro-
li V. Teſtimonium, ac publicas Imperii Tabulas rejicere
volumus, credendum eſt, Coronam illam pro fine agno-
ſcere Laudem divinam, Imperii honorem & emolumen-
tum, ita enim diſertè exprimitur: *Gott zu förderſt zu
Ehr. Dem H. Reich zu Ehr. und Wohlfarth. N. A.*
zu

zu Worms. An. 1521. §. und als wir. Denique ne putemus, Electores Ecclesiasticos Pontifici hâc in parte nimium favere, perpendi debet, Electores Seculares, qui Pontificiâ Religioni haud addicti sunt, jam olim tempore Maximiliani II. Capitulationis articulo primo, & continuato hucusque more, expressè declarasse, se in negotiis, quæ Pontificiam Autoritatem, Dignitatem & emolumentum tantum spectant, à cæteris Electoribus dissentire, nec velle Imp. ad ea obligare. Quod cum non in genere, sed specialiter & nominatim factum sit, nec tamen ad Coronationem Imperatoriam ab illis repetitum vel extensum, conjectu facillimum est, quid de eâ senserint, sentiantque.

§. LVIII. Jus Canonicum quod attinet, nolumus hic illud examinare, An scil. Imperatorem adstringat ad petendam Coronam, nec ne? Satis enim notum est, illud omnem aquam in molendinum Papæ derivare, & totum ferè in eo occupatum esse, quo mundo persuadeat, à Papâ Reges & Principes descendere.

§. LIX. Ceterum quod concernit Arnisæi argumentum de actibus meræ facultatis, incongruum hic esse videtur. Licet enim hæc Coronatio aliquando meræ facultatis fuerit, quod equidem ipsi concedimus, atque etiam ipsius Caroli M. exemplo clarè demonstramus. Cum enim Carolo M. non petenti, sed à Pontifice spontè Corona Imperialis imposita fuit, tamen Carolus eam suscipiendo minimè Successores obligare nec potuit, nec voluit, eam in posterum ut illi peterent vel susciperent à Pontifice. Sed Filium Ludovicum Successorem in Imperio sibi assumens ac declarans, non Romam Coronandum misit; verum Author ipsi fuit, ut publicâ Solennitate Aquisgrani Coronam altari impositam propriis ele-

varet manibus, sibi que ipsimet imponeret. Quod factum exponit FAUCHET. *en la fleur de la maison de Charlemagne, qui est de la continuation des antiquités françoises, au second volume livr. 2. chap. 16. fol. 167. b.)* ubi addit: *Icy faut noter, que Charlemagne declarant son fils Empereur n'attend point le Consentiment du Pape, & des Romains, ni qu' autre que son fils touche à la Couronne Imperiale, pour la mettre sur son chef, non pas mêmes des Eveques; chose que ie n'estime avoir été faite par le vieil Empereur sans mystere, & pour montrer, qui ne tenoit L' Empire que de Dieu seul, puis qui l'envoye son fils la prendre sur L' autel, comme de la main de Dieu.* Idem FAUCHET. *(d. vol. 2. livr. 3. chap. 2. p. 186.)* refert; Quod Papa Stephanus fecerit Romanos jurare fidelitatem Imperatori Ludovico absenti, & nondum ab ullo Papâ coronato. *Signum meherculè.* Ipsum quoque Papam Romanosque fassos esse, Imperatori etiam citra Coronationem Romanam dominium Urbis & Imperii competere. Verum enim verò licet hæc Coronatio aliquando mera facultatis fuerit, certum tamen est, Capitulationes hanc meram facultatem non admittere; unde nec ab exemplis Eorum, qui Coronam hanc vel susceperunt, vel neglexerunt, argumentandum erit; Sed à Constitutione Imperii.

§. LX. Coronationem Solennitatem esse, equidem non infitemur, Sed Jus Civile Imperatorem ab hac Solennitate absolvere posse, expressè negamus; nisi dicere velimus, LL. atq; Constituta, ubi à jure illo antiquo divertunt, nullius esse momenti, vel Statû Imperii nostri ab antiqua Romanorû formâ informari, aut *(quod tamen longè à nobis absit,)* Germanos esse mancipia alienæ libidinis. Et posito etiam, Legem Imperii solenni b9 juris Imperatoré Romanum

num olim solvisse, (*l. 3. C. de Testam.*) exinde tamen nihil evinci potest. Constat enim ex Capitulationibus Imperatorem nostrum Solennitati Coronationis Imperatoriæ à Lege Imperii esse alligatum. Ergò quæ olim potestas Romanis fuit, suum Imperatorem Legibus solvere, Eadem etiam hodiè Germanis est, Imperatorem suum ligare vel solvere. Quod enim hodiè Imperator noster nonnullis LL. solutus, nonnullis ligatus est non à Romanorum illo jure derivatur, sed à Jure Germanorum, qui Imperatorem sibi eligunt, & Ei potestatem talem concedunt, qualem volunt. Itaque si Imperator noster, solutum se hâc vel illâ Lege asseverat, frustrâ ad jus antiquum Romanum provocabit contra Germanos, nisi in illis capitibus, in quibus illud approbarunt, & ita suum effecerunt. Diximus autem *limitate* Imperatorem ab hâc solennitate *de Jure Civili* absolvi non posse; potest tamen ab Electoribus ab Eadem absolvi, utpote quorum solùm est, ab iis quæ in Capitulatione Ipsis promisit, Eundem absolvere ac liberare.

§. LXI. Denique multa quoque in hâc solennitate esse immutata docet urgetque Arnisaus, sed nostra inde non convellitur Sententia; non enim sequitur: Aliqua in hâc vel illa solennitate sunt immutata. E. & ipsa Solennitas mutari, totaque negligi potest. Quandoquidem etiam (*quod notari velim*) postquam in Capitulationem electi Imperatoris semel relatum, coronâ Imperatoriam expetendam & suscipiendam, nihil in hoc à Caroli V. ætate usque ad hanc nostram, mutatum reperire liceat. Quod enim de materiâ trium Coronarum adducitur, momentum certè est, quælibet enim Coronarum harû statim ab initio aurea fuit, & aurea etiam permansit, neque insuper vel in Ordine vel materiâ quicquam immutatum fuit.

§. LXII.

§. LXII. Examinatis itaque cum Arnifai, tum Aru-
mæi Sententiis, quæ nostra hæc de re sit Opinio, necesse
est, ut innuamus. Concludimus Ergò ex relatis atque de-
cernimus cum Limnæo *Jur. Publ. 2. 4. 107.* Imperatorem
hanc Coronationem Imperialem vi Capitulationis ab E-
lectoribus ipsi præscriptæ omittere nullo modo posse;
Sed potius omnem debere adhibere diligentiam, ut Co-
ronam Imperialem consequatur: *Zum besten besteiß-
gen / die Kayserliche Cron zu empfangen.* (*per Artic.
XXX. Capit. Caroli V.*) Nisi, ut supra monuimus, Electorum
Consensu ac Voluntate id fiat: In Eorum enim & non
Pontificis potestate situm est: An velint Imperatorem,
ab hoc requisitionis Coronæ Imperialis onere absolvere,
& quod sibi promissum remittere. *arg. l. finis. 27. §. pa-
ctum. 2. 2. de Pactis.*

§. LXIII. Quid autem dicemus de illis, qui in Capi-
tulationem quidem jurarunt, Coronam tamen Imperia-
lem consecuti non sunt? Sanè, si Eam studiosè ambive-
runt, & per illos non stetit quo minus Eandem affecuti
fuerint, jure excusatos Eos habemus. Varia namq; hæc
nonnunquam se se offerunt Obstacula & impedimenta
tum ex parte Pontificum, cum Impp. atque aliquando vel
vera sunt, vel ficta.

§. LXIV. Ex parte Pontificum deprehendere licet,
quòd, quamvis olim ii cum erat res angusta domi, Impp.
ad suscipiendam Coronam vel Ipsi invitarint, vel veni-
entes amicabiliter susceperint, postmodum verò auctâ
illorum potentiâ, præsentiam Impp. cane pejus & angue
aversati sunt, quoniam Syрма viginti quatuor millium
militum (hoc enim numero Imperatoris Exercitus con-
stare debet) oderunt, & cum illis cæteri omnes qui ma-
joræ fidei possessores rerum Imperii in Italia sunt.

§. LXV.

§. LXV. Ex parte verò Impp. tam generales, quàm
speciales eæque vel probæ, vel reprobæ perquam multæ,
Rationes allegari possent, quod hanc Coronationem vel
insuper habuerint, vel planè ad Eandem non pervene-
rint, aut ut mitius loquar, pervenire haud potuerint, ex-
clusi nonnunquam vel ipsâ Temporum injuriâ, vel belli-
cis ac aliis negotiis impediti; sive denique variis incom-
modis & periculis in isto Itinere forsan sustinendis deter-
riti. Id quod nobis ostendunt quam plurima plurimorum
Impp. Exempla. Nimirum: Ludovici IV. & Conradi I.
(*de quibus vid. Lud. Molina. de just. & iur. disp. 24. vers. cæ-
terum.*) Henrici I. cogn. Aucupis. (*v. Abb. Ursperg. & Cu-
spin. in Ejus Vitâ.*) Conradi Suevi Cæsaris. (*v. Bentherus
in addit. hist. Limn. c. 13. n. 20.*) imprimis autem Rudolphi
ac Maximiliani exempla hic omnem rem facere viden-
tur. Nam Rudolphus I. cum Principes Germaniæ Eum
in Cæsarem elegerunt, Eundem insimul obligarunt, ut
intra annum in Italiam diadematis causa se profecturum
profiteretur, totis quibus imperavit annis, semper novas
Occupationes publicè causatus, nunquam Italiam ingre-
di voluit, ab Amicis interim rogatus, quamobrem ab Ita-
liâ deterreretur, non dissimulanter respondit, quod Cæ-
sarum in Italiam vestigia læta, magnifica, plenaque Bonæ
fidei videret, ex Italia verò referentia & foras versa, tri-
stia, misera, luctuosa. V. Matenes. (*tom. 3. hist. Eccles. lib.
13. n. 200.*) Conf. CUSPINIAN. *in vitâ Rudolphi. p. 303. seqq.*
Maximil. I. quod attinet, Majestatem Imperii Ipsi Ordini-
bus inesse, ideoque hanc Coronâ Imperatorem haud indige-
gere, dicere solitum fuisse tradit equidem BODINUS *de Re-
publicâ. lib. 1. c. 9. p. 191.* Verùm enim verò si Ipsi Maximilia-
no fidem non denegamus, res clara est, Eum à Rege Gal-
liæ fuisse impeditum, quò minus hanc Coronam acciperet

F

rect

ret, ita enim legimus: In seiner Verantwortung uff die Klag des Königs in Franckr. *An. 1507. ap. GOLDAST in Politischen Reichshändeln. p. 276.* Er seye von dem König in Franckreich verhindert worden / damit Er die Kayserliche Erone nicht empfangen mögen. Et hoc quoque Hartmannus Maurus affirmat (*in descriptione Coronationis Caroli V.*) Eandem neglexisse Ferdinandum I. Maximilianum II. Rudolphum II. & Matthiam tradit REINKING. *de regim. secul. lib. 1. class. 3. c. 8. n. 20.* quod sanè duriusculum aliquo modo videtur. Scimus equidem Illos, juxtaque Ferdinandos II. & III. Coronà Romanà non fuisse coronatos, sed Eam illos neglexisse, quàm tamen assumere Capitulatione promiserant, salvà Ipsorum reverentia affirmari vix potest. Fortassis Pontifex Eam illis alià intentione & cum Onere dare voluit, quam Illi accipere, & quod subire Majestas Imperii non permittit; vel etiam variis & citra Ipsorum culpam incidentibus negociis impediti Eandem omiserunt, ut suprà ostendimus.

§. LXVI. Aut denique in Eadem petendà diutius cunctati sunt, dubii forsitan: An Opera & Expensarum precium hanc Coronà consequantur? Cerrè non sine Ratione. Nam si dicendum quod res est, deprehendere licet, Nomen & Ipsam Coronam si exceperis, parùm, aut nihil amplius ad Coronatum transire. Olim equidem nondum satis callida Vetustas à Pontifice aliquando sibi persuaderi passa est Electione Regem Romanorum fieri, Coronatione Romanum Imperatorem, ejus rei hinc inde varia sunt testimonia, atq; etiam in Ipsâ Caroli IV. *A. B. cap. 2. §. 6. cap. 26. §. 4.* Verùm enim verò satis constat, omnem Coronationem esse saltem accidens, nec de essentiâ Imperatoris, eamque adhiberi, non ut aliquid novi juris Electo conferat, sed ut ille publicè ac solenniter pro tali declaratur,

retur, quod verò Solâ Electione fiat Imperator, patet ex
A. B. tit. 2. §. s. ibi: peractâ statim Electione. Ipsam autem Co-
ronam Imperatoribus Amuleti instar esse, ac contra quos-
vis morbos ac tragicos casus, Legatus aliquis Pontificius
in Coronatione Friderici Regis Romanorum An. 1451. iti-
dem Nobis persuadere conatus est, inquiens: *Ex Germa-
nis Caesaribus qui per manus primi Pastoris inuncti Romæ
coronatiq. sunt, nullum comperimus violentâ morte periisse,
nisi ex Italis & Græcis Imp. quàm plurimi.* Sed hæc verita-
ti contrariari, mors Ottonis II qui telo fauciatu decessit,
Ottonis III. qui veneno necatus. Friderici II. qui itidem
veneno absumptus, aliorumque tragica exempla demon-
strant. Cum itaque præter Nomen & Coronam ipsam ni-
hil amplius Imp. hæc Coronatione consequantur, mi-
rum non est, quod Eandem non ita studiosè ambive-
rint.

§. LXVII. Hinc sanè fit, quod, nisi diversi diversarum
Capitulationum articuli, qui hanc ipsam Coronationem
fieri debere præcipiunt; non quidem ob præceptum ac
finem à pontifice positum, sed propter monitum Electo-
rum, & finem jam olim credulitate receptum, obstarent,
quàm plurimæ, eæque gravissimæ haud deessent rationes,
quibus hanc Coronam omittendam esse suadere posse-
mus; una est Absentia Caesaris, quæ non rarò, dum Iter
in Italiam vel Romam versus suscepit, aliis occasionem
præbuit, motus in Germaniâ fuscitare. Altera est, Iter in-
tutum, Locusque Caesaribus sæpius exitialis. quod imp.
Arnulphi, OTTONIS II. & III. HENRICI IV. HENRICI VII. hor-
rendis exemplis ex Mutii *chron. Germ. lib. 12. & 14.* ostendi
posset, nisi silentio hæc talia involvere consultius foret.
Tertia autem causa sunt duræ minusque decoræ condi-
tiones, quæ coronandis nonnunquam præscriptæ fue-
runt,

runt, quales sunt, ut ab acceptis insignibus statim Italiã discederent. Quod certè nil aliud est, quàm Principem Romanum, publicæ Libertatis Authorem Libertate privare. V. KTRIANDER. *Aug. Trevir. annual. part. 14. p. 110.* Quarta Ratio esse videtur Pontiff. præsumpta ac falsa Opinio, dum sibi persuadent hanc Coronationem argumentum & notam esse suæ in Impp. Superioritatis ac potentia, quoniam Nomen Imperatoris & Augusti hâc Coronatione iis conferant, quod licet sæpissimè refutatum, consultius tamen esset, omnem hîc Eis iactandi vanitatem adimere. Quinta Ratio seu Causa videntur magnâ Impensâ ad hanc Coronationem necessaria, quanta enim dona Ecclesiæ Romanæ, Præfecto Urbis, cæterisque Romanis Officialibus Coronandi dare & elargiri debuerint vel quasi coacti sint, brevibus dici non potest. Videatur E. hâc de re prolixè Otto Frisingensis *chron. l. 7. c. 33. Onuphrii. Panvini Tract. de Comitibus Imperii.* Quanta denique pecuniæ Summa fuerit impensa in stipendia militum, sex mensibus continuanda ordinariè in quatuor millia Equitum & viginti millia peditum. *N. Abscheid zu Wormbs. An. 1521. §. auch haben uns Churfürsten R. A. zu Nürnberg. An. 1522. in fin. pr. p. 171.* nemini, nisi planè Rerum gestarum ignaro ignotum esse potest.

§. LXVIII. Verùm enim verò licet hæc Coronatio ob jam allegatas Rationes omitti posset, atque aliquando lex variis causis & impedimentis per aliquot Novissimos mpp. etiam omissa fuerit; ideoque rarior usus hujus Expeditionis Romanæ hodiernum sit, Nomen tamen retinetur, etsi res ferè ad alium usum pro necessitate Imperii transfertur. Unde fit, quod Sumptus, qui ad bellum Turcis inferendum à Statibus Imperii conferuntur, nonnuncquam ad quantitatem Expeditionis Romanæ, nach Anschlag

schlag des Römerzugs computentur. R. A. de An. 1541. §. und damit nun. & R. A. zu Regensburg. An. 1576. §. Dieweil aber unsern Königreichen. 1c. ibi. auff den einfachen Römerzug. nach eines jeden gewöhnlichen Anschlag. it. R. A. zu Augspurg. An. 1582. §. Wann dem H. Reich. 1c. ibi. auff den einfachen Römerzug/ nach eines jeden gebührlichen Anschlag/ zur beharrlichen Defensiv. Hülffe. 1c. it. R. A. de An. 1594. §. Wie wohl nun Churfürsten. 1c. ibi: Zu Abwendung des Türckischen Friedenbrechers einer freywilligen mitleidentlichen Hülffleistung sich entschlossen/ und auff den einfachen Römerzug/ it. R. A. de An. 1598. §. So ist doch von Ihnen. R. A. de An. 1603. §. nichts destoweniger. & passim: Quandoque etiam simplices sunt Sumptus, nach dem Einfachen Römerzug. ut jam dictum: quandoque verò duplicati: nonnunquam enim pro dimidio solvuntur. R. A. de An. 1542. §. und wiewohl Churfürsten. 1c. ibi: nemlich den halben Anschlag des Römerzugs. R. A. zu Erfurth. An. 1567. §. wann wir nun in unsere Kayf. Proposition. &c. Item ad extruenda & munienda forralicia: R. A. zu Speyr. An. 1570. §. erslich.

§. LXIX. Hic Ergo collectandi Modus, nempe, secundum Censum Expeditionis Romanæ, (nach Anschlag des Römerzugs.) licet per aliquot Secula in institutendis Imperii Collectis ac Contributionibus à Statibus Imperii diligenter fuerit observatus; postmodum tamen & imprimis hodiè nonnulli Imperii Ordines Eum alicujus iniquitatis arguunt, forsan ob nimiam Ejus inæqualitatem, quia temporum illorum quibus institutus atque insimul observatus fuit hic modus, & nostrorum, tam discrepans est Status, tantaque diversitas, ut iis inter se invicem collatis, longè alia, quam olim bonorum facultatumve

hodiè sit Conditio. Atque hinc est, quod plurimi Statuum Ordines, Matriculæ ad Expeditionis Romanæ Censum directæ Correctionem & reductionem in omnibus ferme ac singulis Imperii Comitibus Universalibus tantoperè expetunt.

§. LXX. Unde Alterum illum Collectandi Modum qui fit per Censura Communis Denarii (vulgò *nach Anschlag des gemeinen Pfennings.*) longè aptiorem & magis æquiorem plurimi status existimant, eò potissimum, quod secundum Ejus Collectionem Nemo ultra vires ac facultates suas gravetur, sed quisque pro rerum suarum modulo æstimetur: Id quod multis etiam nobis ostendit *Vir de Republicâ nostrâ Rom. Germanicâ optimè meritus* Dn. Tobias Delhaffen von Schöllensbach. in *Templo pacis. Orat. IV. & V. p. m. 158. & 200.* quarum prior summam necessitatem & Utilitatem decantatæ Correctionis Matriculæ ad *d. Censum Exped. Rom.* directæ abundè demonstrat, simulque media quibus facillè ad hanc Correctionem perveniri posset, egregia exhibet. Posteriori verò Oratione firmiter concludit Communem Denarium, (Sepositâ hac Matriculæ Correctione, quod tamen fieri haud debet,) non solum magis æquiorem, sed etiam multò opimiorum & fertiliorem altero fore.

§. LXXI. Verum enim verò neque de hoc inter omnes ac singulos Imperii Ordines adhuc dum satis convenit; tam discrepans enim ac diversum Statuū hac in re est studium, ut in unum redigi vix ac ne vix quidem possit; Cujus rei Exemplum nobis exhibet SPEIDELIUS in *Notis suis Observationibus voc. Gemeiner Pfennig.* ubi ex Actis & Protocollis Imperii diversa diversorum Imperii Ordinum Vota diligenter annotavit atque studiosè collegit, quorum aliqua saltem ex *d. Observationibus*,
6m,

bus, (utpotè qua in paucorum manibus sunt) in medium proferre, nec supervacaneum neq; inutile fore existimo.

§. LXXII. Cùm enim, (inquit SPEIDELIUS) diversis temporum vicibus, An. sc. 1598. 1603. & 1641. Hæc Quæstio in publicis Comitibus proponeretur: An nimirum, indicta tum temporis Contributio secundum Censum Expeditionis Romanæ, an verò juxta Censum Communis Denarii præstanda esset? semper contrariis votis pugnatum fuit: id quod subjecta exempla ostendunt.

§. LXXIII. Ex parte enim DOMUS AUSTRIACÆ ET SALISBURGENSIS, Earumque Adhærentium, quorum magnus erat numerus, pro Censu Communis Denarii Vota tum temporis fuisse lata. I. Eò quod Communis Denarius longè sit antiquior Censu Expeditionis Romanæ, quoniã & Imperatoris Friderici tempore post occupatam Constantinopolim ac Orientalis Imperii everisionem in usu fuerit, ac Imperator Maximilianus I. *Ann.* 1495. & 1512. Eundem usurpaverit: Et licet etiam Imp. Carolus V. censu Expeditionis Romanæ nonnunquam usus fuerit, id tamen ex occasione saltem factum, quoniam Status in Recessu Imperii *Ann.* 1521. Wormatiæ habito, Eundem concesserint ad Coronationem Romanam non verò in alium finem: Adeò, ut, licet tum temporis pro hac Coronatione impetranda non usurpatus, verùm in aliam Imperii urgentem necessitudinem versus; tamen postea sequentibus annis *Ann.* 1642. Communis Denarius denuò introductus fuerit. II. Quod Communis Denarius vigore Propositionis Imperatoris æquissimum ac justissimum collectandi sit medium, quò Aurea Æquitas conservari posset; quoniam Nemo hic ultra suas vires ac facultates, vel etiam Unus præ altero aggravetur, verùm æquabilis proportio inter unumquemque ritè observetur: Quare nullum dubium quin

quin istiusmodi necessaria Collecta certior, promptior, atque etiam uberior sit futura; cum hâc ratione Statuum querelis de moderandâ & minuendâ Taxâ nullus amplius locus relinqueretur. III Quod Communis Denarius multas impediret controversias ac difficultates, quæ aliâs in Censu Expeditionis Romanæ exoriri solent; nimirum: Quoad Subditorum sub Collectationem; & Status Eximendos ac Exemptos. Vel inter ipsos etiam Status, dum aliqui Collectam personis, alii verò rebus imponendam esse censent; aut denique inter Status Ecclesiasticos & Seculares, quorum Illi nonnunquam ob bona diversis in locis sita, ab utroque Magistratu æstimantur; quod tamen iniquum est.

§.LXXIV. Ex parte verò BAVARI Ejusque Adhærentium pro Censu Expeditionis Romanæ hæc proferebantur argumenta. I. Censum Expeditionis Romanæ ab *An. 1544.* persequentia etiam tempora semper à Statibus fuisse usurpatum; Communem verò Denarium per longum temporis spacium planè non observatum, aut si vel maximè observatus fuerit. *An. scil. 1495. 1512. 1531. 1542. & 1544.* Eundem tamen optato effectu semper fuisse destitutum, pecuniamve ad propositum finem non collocatam, certo certius esse. II. Subditis grave fore, si præter Ordinarium Canonem, etiam Communem Denarium persolvere tenerentur; Et Censum Expeditionis Romanæ æquè proficuum fore ac communem Denarium. III. Principes ac Status Imperii haud concessuros esse, quod sua suorumque bona ac facultates ita taxentur & publicentur, ut in Censu Communis Denarii fieri assolet; *Grave namque esse vilitatem detegi paupertatis, & divitias exponere invidiæ:* Certa quoque inter nonnullos Principes & Eorum subditos dari Compactata, ideoque Communem Dena-

Denarium absque confusione & discordiis usurpari haud posse; denique Statibus permissum semper esse in Recensibus Imperii Sub-Collectionem subditorum in istiusmodi auxiliis publicis instituere; & Principes aliàs satis sollicitos esse, quo se ex bonis Cameralibus aptè sustentare queant, cum certè quotidianæ expensæ in dies creascant, reditus verò Camerales magis magisque decreascent: Quare jam plures ante annos in Imperio nostro hunc Collectandi modum, nempe secundum Commune Denarium, fuisse sepositum, è contra verò Matriculam Imperii ad Censum Expeditionis Romanæ directam non solum ad Coronationem Romanam verum etiam ad quævis alia toti Imperio Romano-Germanico imminenti pericula & mala vel avertenda vel minuenda, usurpata fuisse, testari Imperii Protocolla V. SPEIDELIUS. *d. observat. Confer. AUCTOR. DES DISCURS von dem tegigen Reichs Tag. circa finem.*

§. LXXV. Has igitur & similes egregias gravesque pro hoc & illo Collectandi Modo in publicis Comitibus à diversis Statuum Ordinibus in medium allatas rationes in suo equidè valore relinquimus nec unā præ alterâ arripimus, verum utrasque pro virili in utramque partem in Cathedra defendendas suscipimus; quoniam aliàs etiam hi duo Collectandi Modi, nempe secundum Censum Expeditionis Romanæ (nach Anschlag des Römerzugs) & juxta Censum Communis Denarii, nach Anschlag des gemeinlichen Pfennings in Imperio nostro Romano-Germanico, licet diversis temporum vicibus, consensu Statuum & subsecuto usu, utrique recepti & comprobati sunt; indeque etiam pari necessitatis, utilitatis, & honestatis precio, si privatis affectibus incorrupti fuerint subalternis usibus, pro temporum & Reipublicæ Statu æstimandi veniunt. Quare hic gradum sistimus, & studia nostra Benivolo Lectori porrò commendamus.

Quum

Quam tam propitiam Themidem Charites-
que faventes
VILLINGERE, colis, Te super astra vehent:
Sic tibi propitias Themidem, Charitesque, Ca-
menasque

Opto porro, nihil carmina majus habent.

Benivolentiae causa adscripsit

STRAUCHIUS, Praeses.

Celuy qui d'un bon Coeur de la vertu s' ap-
proche

Pour mille obstacles n'a Ses desseins detournés
Ses pas même ne sont d' aucuns objects bornés
Mais toujours il aspire a sa solide roche

Par ta dispense on Voit combien elle t' est
proche

& combien tu cheris Ses sentiers fortunés
C'est cete Reyne ausly qui les Esprits bien nés
Exempte pour iamais de blâme et de reproche

Tu montre bien icy que la louable ardeur
qui t' anime n' est point éteinte en la grandeur
du penible travail qui conduit a la gloire
ausly l' heureux Scauvoir de ton docte traitté
Mérite que bientoist l' equitable bonté
De nos Muses te place au temple de memoire

*Hicce paucis clarissimo Domino Auctori amico
suo nulli secundo properante calamo sed sin-
cero affectu gratulari voluit*

Ludouicus Gauuain, Serenissimi Ducis

BERNHARDI Saxo Jenensis Secretarius.

SS (o) SS

Jena, Diss., 1671 Si-8

ULB Halle

3


005 360 692



Vb 17



.c.f.
ima
ncus!
nt pr
e, do
Ita f
fepé
non
fed
noda
a pat
mut
sup
quip
lyb. l
ut D
causa
popul
jugi
tit.
te pe
n fev
iam
urá
Pr.
Imp
im i
Satui
fit c
so h
esolv
ft G
Pre
tibus
D.



B.I.G.

Farbkarte #13

1671, 44
XII
27

O. D. B. U.
DISSERTATIO JURIDICA,
DE
HOSTENDITIIS,

QUAM
Consensu Incluti Jctorum Ordinis

In Celeberrimâ ad Salam Academia

PRÆSIDE

DN. JOHANNES STRAUCHIO,

Magni Nominis Jcto. Serenissimorum

Saxoniae Ducum, nec non Celsissimi Principis DN. FER-
DINANDI ALBERTI, Ducis BRUNSVICENSIS ET LÜNEBURGENSIS. &c. Con-
siliario Eminentissimo, Codicis. Novellarum, itemque Jûris Publici
& Feudalis P.P. famigeratissimo, Facultatis Juridicæ Seniore Veneran-
do, Ejusque ut & supremi Ducum Saxoniae Judicii & Scabinatus
Assessore gravissimo, ac p. t. DECANO splendidissimo.

DN. DOCTORE & PATRONO SUO
singulariter devenerando & suspiciendo.

Ad diem Maji. A. clb. loc. LXXI.

Publica Eruditorum Disquisitioni submitiendo defensum ibi

JOHANNES REGULUS VILLINGERUS,
ULMENSIS. AUCTOR.

JENAE, CHARACTERE WERTHERIANO.

